BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
30 — D
30

Digitized by Google

8.30.D.3

# CONSTITVTIONES,

# ET DECRETA EDITA IN PRIMA DIOECESANA SYNODO CIVITATIS CASTELLANAE,

Ab ANGELO GOZADINO I. V. D. Olim Archiepiſcopo Naxien. & Parien. nunc verò Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia, Ciuitatis Caſtellanæ, & Hortanæ ad inuicem canonicè perpetuò vnitarum Epiſcopo.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

*Celebrata die 18. 19. & 20. Menſis Ianuarij Anno Domini. 1626.*


Bibliothecæ Domus Romanæ Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum.

RONCILIONI, Apud Franciſcum Mercurium. M. DC. XXVII.

*SVPERIORVM PERMISSV.*



Digitized by Google



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

# ANGELVS
## GOZADINVS

*I. V. D. Olim Archiepiſcopus Naxien. & Parien. nunc verò Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia C. Caſtellanæ, & Hortanæ ad inuicum canonice perpetuò vnitarum Epiſcopus.*

Vniuerſo Clero, & Populo noſtro ſalutem in Domino.

MVLTA me impulerunt ad diœceſanam Synodum legitimè congregandam; ſed hæc tria præcipuè, cura Animarum, reformatio Eccleſiarum, compoſitio morum: ad quæ tria cætera omnia reuocari videntur poſſe. Quod attinet ad primum. Centum ab hinc annis, & amplius laborat ab



Digitized by Google

hac re Eccleſia noſtra Caſtellana. Quæ inde pernicies, quæ mala ſubſecuta ſint, baptizatorum index, hoc eſt Parochorum negligentia, ſatis certam fidem facit. Quotus enim quiſq; eſt, qui poſſit recenſere per Curatorum libros ſuorum annorum numerum? ſi quis promouendus ſit ad ordines cum minores, tum ſacros, temporis atque annorum fides vnde eſt petenda? quæ exhibenda? ſi ad lites dirimendas ætas perquirenda, vnde eiuſmodi fides procuranda? ſi Chriſmate vngendus, ex quo indice, quaue ex perſona Baptiſmi teſtimonium exquirendum? vt permulti huiuſmodi ſacramenta deſiderent aliorum culpa diminuti. Accedit huic malo alterum malum longè peius, quòd omnes penè curæ ruſticales defecerunt, & homines ruſtici, vt plurimum ſine ſacramentis brutorũ more diem ſuum claudunt, vt perpaucis ab hinc diebus nos ipſi non ſine lacrimis, ſummoq; dolore vidimus. Eccuius muneris eſt his malis conſulere, ac mederi, niſi noſtri muneris? Nobis commiſſa eſt huius ponderoſi negocij cura, & prouiſio: Nobis reddenda ratio eſt tam periculoſæ adminiſtrationis: Nobis periclitandum eſt capite. Porrò autem quæ ad cæremonias Eccleſiaſticas pertinent, quam ineptè, quam inconſultè, quam inconcinnè ea ipſa adminiſtrantur? Nullibi Eccleſiarum, quarum non paucis diuerſis titulis nos ipſi præfuimus, vel

in

in partibus Hominum parum fidelium, vel in Ciuitatibus planè fidelium, tantam eiuſmodi cæremoniarum ignorantiam, nullibi ſacerdotes, tam earumdem rudes atq; inepertos, nè dicam ineptos, reperimus. Nullibi vel corpora Eccleſiarum, vel aliquas earum partes tàm inſcitè, ac parum architectonicè dimenſas, ac diſpertitas. Quid dicam de morum corruptela? Certè, veſtra pace ſit dictum, apud vos decantari poteſt illud Oſææ dictum: Et erit ſicut Populus, ſic & Sacerdos. Vos ipſos teſtor fratres Canonici, vos Sacerdotes, vos filioli mei Laici, vera né dicam, an falſa. His itaque cauſis, nè nimis multus, ac propterea ſubmoleſtus videar, ego impulſus, ſpiritus ſancti gratia prius imis precibus ſuppliciter in omnibus meæ Diœceſis Eccleſijs inuocata, indixi, congregaui Diœceſanã Synodum. Peregimus, quæ erant peragenda: conſummata ſunt omnia. Quid reſtabat iam, niſi ea mandare obſeruanda, niſi typis imprimenda curare? itaq; Chriſti gratia peregimus. quod autem hilarem datorem diligit Deus, hortor, oro, obſecro vos, fratres mei, filioli mei, in ijs obſeruandis vt nullatenus committatis, vt veſtra deſideretur vel fides, vel diligentia, vel ſolertia, vel prompta obedientia. Ità neutra pars ſuo debito fructu defraudabitur: Ità ad honorem ſummi Dei, ad curam Animarum, ad reformationem Eccleſiæ, ad compoſitionem morum optimè omnia dirigentur, ac diſponentur.

a 3 EDI.

# EDICTVM INDICTIONIS

## DIOECESANÆ SYNODI

### *Ciuitatis Caſtellanæ*.

ANGELVS GOZADINVS I.V.D.
Olim Archiepiſcopus Naxien. & Parien. nunc verò
Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia C. Caſtellanæ,
& Hortanæ canonicè inuicem, & perpetuo
vnitarum Epiſcopus.

ANTIQVVS ille Deo pariter, & noſtro Generi inimicus homo, qui ſemper in agri Dominici vbertatem ſæuiſſimis inuidentiæ ſtimulis perurgetur; vel nunquam deſinit zizania ſuperſeminans [1] bona ſemina deprauare, vel ſuccreſcentem latè ſegetem ſingularis ferus depaſcitur, [2] vel denique in morem beſtiæ (vt viſus eſt Danieli) [3] pedibus vniuerſam proculcat; quendam videlicet ſuper inducens diuinarum legum, & Chriſtianæ diſciplinæ neglectum per filios diffidentiæ, qui velut quidam Sathanæ pedes, æterna deſpicientes, in terrenorum ſemper puluere volutantur. Proptereà inſpirante Deo Veteres Patres, [4] & ſacri Canones, ac ipſa paſſim Concilia, [6] in primis verò Triden-

Matth. 13.
Pſalm. 79.
Daniel. 7.
Canon. Apoſt. 38.
...eo prim. Epiſt. 81.
c. propter

dentinum 7 Eccleſiarum Epiſcopis, quorum fidei, & labori Ager Domini eſt concreditus, impensè demandant, Conuentus diœceſanos vt celebrent annuatim, in quibus maximè ſatagant, 8 vt quicquid diuini cultus, & ſalutaris obſeruantiæ humana improbitas, & diabolica fraus decoxit, ac deculcauit, velut inſperſo ſollicitæ prouidentiæ imbre excitent, & inſtaurent. Quid enim eſt, quod iuxtà præfatam Danielis viſionem, vbi ſedes poſitæ ſunt, & Antiquus dierum ſedit, interfecta eſt Beſtia, niſi quia cum primùm in ſua quiſq; Præſul Eccleſia cum ſenioribus, hoc eſt Sacerdotibus, & Adminiſtris incipit conſedere, & moribus ſubiecti Gregis diſcuſſis, 9 varijſq; pro rerum, locorum, temporum, perſonarum indigentia ſanctionibus opportunè editis, additis, innouatis, vel declaratis, dum per eas præciditur morum prauitas, & facinoroſi plectuntur, 1 ipſe diabolus iugulatur? dumq; nutantibus ſacris legibus, ritibus, pietati, religioni certa adminicula irrogantur, Dominica ſata, quæ intermortua videbantur, lætiſſimè reuireſcunt?

Nobis ergò, qui Diœceſanam Synodum à Prædeceſſoribus noſtris hactenus prætermiſſam comperimus, quiq; cura hac iugiter animo noſtro infixa ſollicitamur, meritò viſum eſt illius conuocationem in aliud tempus nullatenus eſſe differendam. Idq; eò ſolertiùs exequendum putauimus, quòd tàm multis malarum conſuetudinum vepribus noſtræ Ager Eccleſiæ vndequaq; obducitur; vt ſi diutius negligantur, metuendum ſit, nè fixis altè radicibus, minus valeant extirpari.

Quocirca celebraturi (Deo dante) noſtram Synodum die XVIII. Ianuarij 1626. 2 eam nunc primum ex animo denunciamus indicimus, & conuocamus Vniuerſos, & ſingulos Archipresbyteros, Canonicos, Paro-

c. ſicut olim. c. annis.
c. decernimus 18. diſtin.
cap. de quibus 20. diſtin.
6 Concil. nicen. can. 5.
Anthiochen. c. 20.
Calcedon. can. 19.
Lateranen. ſub Innocentio III. c. 6.
7 Seſſ. 24. c. 2. de Reform. gener.
8 Concil. Arner. cap. 1.
9. c. habeatur. 18. diſtin.

1. d. c. propter. 18. diſtin.

2 non enim finitur à Iure certum tempus celebrandæ Synodi Henric. Bo-

Parochos, Presbyteros, clericos tum ſacris initiatos, tum in minoribus duntaxat ordinibus conſtitutos, 3 necnon cæteros cuiuſcunq; ordinis, dignitatis, conditionis, qui de Iure, Conſuetudine, vel quauis ratione alia ad hanc noſtrã Synodum accedere teneantur, 4 per hoc noſtrum Edictum monentes in Domino; eiſdemq; in virtute ſanctæ obedientiæ, 5 & ſub pœnis à Iure, & ſacris Canonibus conſtitutis, 6 alijſq; arbitrio noſtro præcipientes, atq; mandantes, vt legitimo impedimento ceſſante, 7 quod per certum nuncium, vel procuratorem coram nobis exponi, 8 & probari volumus, die ſupradicto, ſummo mane, ad præfatam Synodum, quam in laudem, & gloriam omnipotentis Dei, diuini cultus incrementum, extirpationem abuſuum, morum correctionem, deniq; ad eccleſiaſticam, & Chriſtianam diſciplinam, atq; animarum ſalutem ſedulò propagandam 1 inchoabimus in hac noſtra Cathedrali Eccleſia Sanctæ Mariæ Maioris Ciuitatis Caſtellanæ conueniant, ac de more interſint, & intereſſe debeant per ſemetipſos, 2 vel ipſis vt ſuprà legitimè impeditis, per ſuos Procuratores, aut Internuncios ſpeciales, cum clericali habitu, talari tonſura, ſuperpelliceis etiam mundis, eoq; cultu corporis, qui decet Eccleſiaſticos viros, 3 & vt modis omnibus hæc ſalutaris actio adiuuetur, ad Sacrum Miſſæ ſacrificium faciendum, ſanctiſſimamq; Euchariſtiam piè ſumendam ſint omnes reſpectiuè diſpoſiti, atque parati. Volumus prætereà monitos eſſe Parochos, vt durante hoc abſentiæ tempore, ſuas Eccleſias alicui probo Sacerdoti ſeculari, ſeu regulari idoneo commendatas relinquant: 5 quolibet die dominico in Eccleſijs parochialibus, & præſertim in hac noſtra Cathedrali, litaniæ recitentur: ſingulis v. Ferijs Miſſa de Spiritu Sancto celebretur; 6 Populum deniq; hortentur

ctens in tract. de Synod. Epiſcopali p. 3. num. 4.
3 Quãdo agitur de Reformatione morum omnes clerici conuenire debent Io: Andr. & Card. Zabarel. in c. graue de præben. S. Carol. Synod. 4. deciſ. 45.
4 Hoſtien in ſum. de offic. ordin. §. quid pertinet Henric. vbi ſupra p. 2. num. 37.
5 hæc verba inducunt peccatũ mortale. Io. maior. in 4. ſenten. d 15. q 4. S. Anton. in ſumm. p. 1. tit. 18. cap. vnic. § 2.
6 c. fin. 18. diſtin. & c. quod ſuper his. de maior. & obed. Henric. d. par. 2. num. 49.
7 Henric d. p 2. num. 57 vbi enumerat cauſas legitimè impedientes.
8 c prudentiam in princ. de offic. de leg. gloſſ. & Abb. in cap. bonæ. il p. de elect.
1 S. Thom. 22. q. 184. art. 6. ad 2. à Card. de Turrecr. & in ſum 17. verſ. ad 4. in cap. ordinationes 1. q. 1. & in c. quæcunq; 10. q. 1. & in ſum. 18. d.
2 Abb & alij in c. fin. de hiſ quæ fiunt à Prælat. fin. conſen capit.
Conc. Trid. ſeſſ. 14.

Digitized by Google

tentur ad frequentiores, ardentioreſque in conſpectu Domini ſupplicationes effundendas: dieq; dominico Synodum præcedente, verè contritum, & confeſſum ad ſacram Communionem ſumendam pro recta, vtili, & ſalutari noſtræ Synodi perfunctione. In quorum fidem præſentes litteras, noſtra, Cancellarijq; noſtri manu ſubſcriptas confici, ſigilloq; noſtro muniri, & nè ignorantia prætendatur, Eccleſiæ noſtræ Cathedralis, aliarumque diœceſis Parochialium Valuis affigi mandauimus. Quam affixionem habere eam vim volumus, ac ſi præſentes litteræ perſonaliter ſingulis intimatæ fuiſſent. 7 Dat. in Ciuitate Caſtellana, ex Palatio noſtro Epiſcopali, die 21. Decembris 1625.

*Angelus Archiepiſcopus Gozadinus C. Caſtellanæ, & Hortanæ Epiſcopus.*

cap. 6. & ſeſſ 24. c. 12. de Reform.
4 S Carol. Synod. 4. deciſ. 45.
5 Abb in d. c. ſuperhis. Card Zabarel. in cap. in his de priuil.
6 S. Carol de off. ord. cap 47 & ſynod. 4. deciſ. 45.
7 Clem. cauſam de elect. Maranta in praxi v. recte concipiatur num 91 & per citationem per edictũ poteſt quis excõmunicari Rot. deciſ. 1. in nou. de ferijs addit. ad deciſ. Rot. 5. de reſcript. ægid. d. deciſ. 188.

**Tranſumpta huius edicti fuerunt affixa Valuis Eccleſiæ Cathed. C. Caſtellanæ, ac Parochialium diœceſis iuxtà relationem Vicariorum,**

**P. Angelus Pechinolus Cancellarius, & Synodi Not.**

*loco ✝ ſigilli.*

***Imprimatur Angelus Agellius I. V. D. Archipresbyter Roncilionis, & Reuiſor.***

**Synodales Conſtitutiones mira eruditione confectas, quas ſũma voluptate perlegi, non ſolum vt Clericis vtiles typis mandari cenſeo, ſed in publicum Catholicorum cõmodum imprimi poſſe concedo.**

***Frater Petrus Niger S. T. Magiſter, ac à Reuerendiſſimo Magiſtro Sacri Apoſtolici Palatij deputatus.***



Digitized by Google

# ORATIO
## HABITA IN SYNODO
## CIVITATIS CASTELLANÆ.

### Ab Admodum R. D. Bernardino Porphirio Ecclesiæ Cathedralis Canonico.

ET ſi multa, vel potius plurima ſunt ea, è quibus, Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Præſul, certiſsimum tuæ virtutis argumentum capere poſſunt vniuerſi: nec vlla res vnquam, ex quo nobis Epiſcopus es renunciatus, abs te profecta eſt, quæ ſumma omnium voce non debeat commendari; nulla tamen eſt, niſi mea me ſententia fallit, quæ vel probanda ſit magis, aut ſingularem animi tui præſtantiam oſtendat apertius, quã ea, ad quam te nuper accingis. magna in laude ponenda eſt moderatio animi, qua non rectos impetus omnes ità compeſcis, vt nihil offendas: magnæ virtutis eſt prudentia, ac vigilantia, qua ouibus tuæ fidei creditis vbiq; lynceus inuigilas: digna eſt ampliſsima Gozadinorum familia, quæ in Ægæo, quondam longè, latèq; dominata eſt, ſpiritus magnitudo, ac fortitudo tua, ſeu quid ſplendidè faciendum, ſiuè ſit fortiter ferendum: iuſtitia verò, qua communi vtilitate ſeruata vnicuiq; ſuũ adiudicas, quid dicam? ità in te fulget, vt vetus ille Græcorũ Areopagus, te ſoſpite, adhuc extare meritò poſsit videri. At neſcio tamen quo pacto Synodus hæc, quam Chriſto auſpice indixiſti, quæ ſpiritus ſancti gratia tandem coacta eſt, exactiorem quandam, & omnibus, vt dicere iam conſueuimus, abſolutam numeris virtutem magis, magiſque demonſtrat. nam vno, eodemque tempore, illa te moderatiſsimum oſtendit, dum tuis temperatis animi ardoribus alienos quoq; compeſcis: illa te prudentiſsimum, dum non vni tantum malo hac vna medela occurris: illa fortiſsimum, dum flocci moleſtias omnes, laboreſq; facis, qui tibi ex ea re naſcuntur plurimi: illa demum iuſtiſsimũ, dum ea, quæ ſunt Cæſaris, (iuxta

illud

illud Euangelicum) Cæſari; quæ ſunt Dei, Deo, non abs te ſolum, ſed ab alijs etiam reddi per Synodum curas. de quadum pauca dicere inſtituo, dum eius neceſsitatem ſimul, & vtilitatem inſinuare conor; vos oro, atque obteſtor Auditores, vt pro veſtra ſingulari humanitate, non animis minus, quam linguis faueatis, mearumq; virium tenuitatem benignitate veſtra ſubleuetis. id quod, ſi quemadmodum opto, ac ſpero, præſtiteritis; non dubito, quin vtriq; vos ſcilicet humanitatis veſtræ, ego laboris mei, fructum ſatis amplum laturi ſimus. & nè quid extra oleas; rerum aliæ diuinæ ſunt, cœleſtes aliæ, & aliæ humanæ. diuinæ, quippè quæ ſunt motus, & mutationis expertes, emendatione non egent: cœleſtes verò, atq; humanæ, agitationi obnoxiæ, inſtaurationem deſiderant, ad quod clarè alluſit poeta nō obſcurus carminibus illis.

Cadit heſperias Phæbus in vndas:
Sed ſecreto tramite rurſus
Currum ſolitos vertit ad ortus.
Repetunt proprios quæq; recurſus,
Redituq; ſuo ſingula gaudent.

Quòd ſi cœleſtia ſiderum itinera, quamuis perpetua, immortalia, ſempiterna, redeunt tandem, reſtituunturq; quid tertium hoc faciet rerum genus, fluxum, caducum, mortale profectò? aut interitu citò pereat neceſſè eſt, aut continua innouatione reficiatur. Hinc natura ſagax, quæ nihil aliud aequè ac ſui, ſuarumq; rerum conſeruationē anhelat, & corporibus cibum ad vitam, & genituram generibus ad perpetuitatem ſuppeditauit. humanis autem animis quin idem præſtet, quod cibus corporibus, ſua pro tempore emendatio, cultura, ac diſciplina, qui non videat, puto eſſe neminem. Nam ſicuti alimento caloris innati vis retunditur, temperatur certè, nè radicalem (vt phyſici loquuntur) humorē extenuet, & extinguat; ità & hoc quaſi doctrinæ pabulò cupiditatum ardores reprimuntur, ne rationem ſua de ſede deturbatam abſumant, animus alitur, ſtat, viget. contrà verò, quemadmodum ſi corpori cibum ſubduxeris, vires illud confeſtim amittit, & elanguet; ſic indubiè, ſi diutius ab alendis Synodorum dape animabus ceſſetur, elangueſcunt hae, deficiuntq;: adeò cernimus

omnia fatis
In peius ruere, ac retrò ſublapſa referri.
Non aliter quam qui aduerſo vix flumine lembum

Remigijs ſubigit, ſi bracchia fortè remiſit,
Atq; illum in præceps prono rapit alueus amne.

Quod cum pulchrè intelligeret ſacroſancta mater Eccleſia, diuino lumine illuſtrata, quamuis à noſtræ ſalutis auctore accepiſſet, ſe ſuper firmam petram ità ædificatam, vt portæ Inferi aduerſus, præualere non poſsint; hac tamen ratione præcipua, ſartam tectam ſe tueri, ſemper enixiſsimè ſtuduit. longum eſſet enumerare, quæ Bizantij, quæ Lugduni, quæ Piſis, quæ Romæ, quæ apud Nicæam, Florentiam, alijſque pluribus in locis concilia celebrauit. Illud tantum dicam, & verè dicam, nullo maiori ab hoſte fuiſſe vnquam oppugnatam, cui Synodo non reſtiterit, e quo per Synodum victoriam non reportarit. Hoc enim telo Arrios fudit, hoc Neſtoreos proſtrauit, hoc Sabellicos, Iouianoſq; confixit, hoc Pelagios ac Nouatianos debellauit, hoc demum totam illam vim Hæreticorum, quæ more Gigantum in Cœlum, in Chriſti nomen, impias manus armauerat, iugulauit. Vt miſſa faciam cætera: vt nihil attingam Baſilios, Chryſoſtomos, Damaſcenos, ac tot Græciæ tuæ lumina, qui tanquam ex equo troiano, è fœcunda Synodorum aluo prodierunt: vt eodem ſilencio inuoluam Hieronymos, Ambroſios, Auguſtinos, latini nominis vera ornamenta ac decora, qui cum magna ſimilium copia, Synodorum aculeis incitati, ſine precio precioſos, doctrinæ ac diſciplinarum omnium theſauros, in Chriſtianum ærarium congeſſerunt; vel proximè, orbi Chriſtiano partam pacem, ac tranquillitatem, cuinam acceptam ferre, niſi Synodo Tridentinæ debemus? ferebantur per vniuerſam Germaniam duo illa monſtra, Lutherus & Caluinus, nulla virtute à vitijs redempta; & infræni licentia ità debacchabantur, prauis dogmatis diſſeminatis, vt omnia rapinis, adulterijs, ſtupris, cæde, incendijs inquinarent. nulla in Vrbibus cura veterum inſtitutorum, nulla domeſticos inter parietes concordia, nulla erat in delubris Diuorum reuerentia, nullus vſquam Cœli metus. nec id mali ſe Germaniæ finibus continebat. Angliam oppreſſerat: affligebat miſerè Galliam: per Heluetiorum tractus ità ſerpebat, vt vtranq; Heſperiam putaretur illicò inuaſura. Petri nauicula eò erat adducta, vt penè fluctibus mergeretur. quænam alia ſalutis via inuenta eſt, niſi oecumenica illa Tridentina Synodus, vbi Paulo Tertio ad clauum ſedenti, & iam iam naufragium extimeſcenti, è Cœlo ſe Chriſtus

ſtus oſtendens, blandè increpuit, Modicæ fidei, quare dubitaſti? & ſtatim facta eſt tranquillitas magna: Gigantum temeritas diſiecta eſt, ac ſũma cum fidelium lætitia, præter hominum perditorum opinionem, fidei montes, vſtis Titanis impoſiti, emicuerunt. Et eſt vllus, qui Synodi vtilitatem non perſpiciat? qui Synodos cogendas non exiſtimet? qui coactas non laudet, apertiſque tibijs non celebret? qui non extollat? qui in Cœlum non ferat? certè ſi concilia agitant militum ductores, cum ſibi periculi aliquid imminere intelligunt: ſi Medici, ſi Archiatri conſultant, dum ſalus humani corporis periclitatur: ſi reſpublicæ omnes benè inſtitutæ, quotieſcunq; aliquod graue incidunt in diſcrimen, Ciues in Curiam vocant, ac ibi quærunt in medium conſulere; quid agendum ab ijs, quibus commiſſa eſt cura animarum, quibus nihil eſt precioſius in terris, pro quarum ſalute Deus ipſe, è Cœlo deſcendens, tot labores, moleſtiaſq; exanthlauit? Nunquam, nunquam committendum fuit, vt nos maximis in rebus minus diligentes eſſemus, quam cæteri in minimis; & à filijs huius ſæculi, filij lucis, prudentia vinceremur: cum præſertim nos, & ſanctorum Patrum auctoritas, & Synodi Tridentinæ decreta ad hanc præſtandam ſolertiam compellant. Nec eſt, cur aliquis vereatur, vt cum fructu cætus hic ad exedram conuenerit. ſi enim vbi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum ſum, dicit Dominus; cur perſuaſum non habeamus ibi fore, vbi à tot Paſtoribus Eccleſiarum, quos Angelos Ioannes appellat, tot votis, precibus, ſacrificijſque inuocatur? Si autem nobiſcum Deus, quid eſt, quod non ſperare poſſimus? quamobrem caue Illuſtriſs. Præſul, caue, credas vllum mortalium, quidquam melius, salubriuſuè cogitaſſe vnquam, quam ipſe, ſpiritu Sancto monente, cogitaueris de Synodo inſtituenda, quæ fructum longè vberrimum pollicetur. At dicet aliquis, tunc Synodum indici oportere, tunc eſſe fructuoſam eius inſtitutionem, cum alicui magno malo remedium afferendum eſt; nunc Deo dante in eo ſtatu omnia verſari; vt Synodo non ſit opus: aut nihil omnino, aut leuia admodum committi. Vtinam iſti vera prædicent. ſed vt nullum maius malum in Eccleſia noſtra eſſe concedam; non concedam tamen minora, ſi qua ſunt, ab ea non eſſe euellenda. ſi quidem, vt dictitant, ex minimis initijs maxima, atque vt à Sanctis Patribus accepimus, nullum adeò paruum peccatum eſt, quod non creſcat neglectum.

At

At niſi nos ipſi ſeducimus, quando vberior vitiorum copia? quando vnquã fidelium vita mollior? quando ambitio petulantior? quando cupiditas inflammatior? quando peccandi licentia impudentior? quando audacia aduerſus pietatem, loquendi, diſputandi, ſcribendi aut frequentior, aut ſecurior fuit? quando in Populis rerum ſacrarum, quando ſacramentorum, quando clauium, ac ſanctorum præceptorum non modo negligentia, ſed contemptus maior? quando fides, & religio noſtra magis ludibrio fuit? heu me miſerum, venæ peioris omne nefas in hoc æuum noſtrum irrupit: omne in præcipiti vitium ſtetit. quòd ſi tum adhibere remedia, tum parare fomenta debemus, cum dolore, cum morbo corpora noſtra tentantur; non dubitandum eſt, quin differri vlterius Synodum hanc non oportuerit, quam ſanè in hoc vſq; tempus dilatam eſſe, non iniuria querimur, cum tantum inde detrimenti acceperimus, vt meritò nunc aquam cineri infundere videamur. Si quidem niſi lippimus cucurbitas, non nè ipſiſmet oculis intuemur, florentiſsimum huius Vrbis ſtatum, ſupraquam cuiquam credibile ſit, eſſe immutatum? Hæc olim potentiſsimi Regis Lartis Tolumnij Patria ſimul, & Regia (ſi quidquam Plutarco credimus, Tuſciæ totius propugnaculum fuit. Hæc, quæ vario euentu multas annorũ decades cũ Romano Populo de imperio decertauit: quæ numeroſiſsimam Fabiorum gentem propemodũ internicione deleuit, trecentis vno prœlio ad amnem Cremeram trucidatis: quæ Vrbium etruſcarum opulentiſsima (quod Vrbi Troiæ ſummæ gloriæ vertitur) decennij obſidionem ſuſtinuit: hæc à Romanis hoſtibus, quondam Romæ ipſi præpoſita: hæc à caſtellorum numero ſubiectorum Vrbis Caſtellanæ nomen ſortita, B. Ioannis Parentis, qui Diuo Franciſco Aſiſinati in Franciſcanorum clauo regendo ſucceſsit, hæc Serenæ martyris natale ſolum, nunc, proh dolor! omnibus ornamentis amiſsis, tantum abeſt, vt primas inter etruſcos ferat; vt in eam vſurpari poſsit atticum illud, Megarenſes neque tertij, neque quarti. atque vtinam Propertius, poeticè magis quam verè, ceciniſſe videri poſsit:

Et Veij Veteres, & vos iam regna fuiſtis,
  Et veſtro poſita eſt aurea ſella foro.
Nunc intra muros Paſtoris buccina lenti
  Cantat, & in veſtris oſsibus arua metunt.

Certè quanta ſit eius facta contractio, vt cætera ſileant,

Et Diuo-

Et Diuorum templa ſolo aequata, & veterum Domorum crebra veſtigia, quæ paſſim cernuntur, apertiſsimè prædicant. Quòd ſi reliquam Diœceſim excurramus, vbiq; reperiemus omnia ſimilia. Vbi enim Capenatum, vbi Phaliſcorum glebæ felices, æternum libris felicioribus creditæ? Illi Epimenidis ſomnum iam diu dormiunt, vel vltra Epimenidem: hi multos iam annos eſſe in humanis deſierunt; & Sanctorum Gratiliani, ac Feliciſſimæ Patriam, aequitate olim inſignem, nec minus litteris quam armis decoratam, aratrum ſindit, dirutis tantummodo mœnibus, ruinam ingentem ſua mole teſtantibus. Cuius quidem diminutionis, vel potius excidij cauſam, & ſi nonnullis exitij nullam placet eſſe rationem, quam dicemus aliam niſi neglectam religionem, niſi negligentem Dei cultum? ex peccatis aduerſa: ac pro ingenti malo, ingens malum: nec vllum grauius crimen eſt, quam ingratum ſe illi præbere, à quo commoda omnia, lucem, ſpiritum ipſum acceperis. Si Priſci Quirites imperij Romani declinationem relictis Idolis, Ambroſio teſte, tribuebant; cur nos veri numinis indiligenti cultui hanc immutationē tribuendam non exiſtimabimus? Satis liquet cum Dei contemptu, vt noſtrates dictitare ſolent, contemptum quoq; proximi eſſe coniunctum. vbi contemptus eſt, amor eſſe non poteſt. vbi nullus eſt amor, ibi nulla concordia. ſi concordia abeſt, abeſt & pax. ex qua Vrbe pax exulat, ibi ſimultates, ibi diſsidia, ibi rixæ, ibi diſcordia regnat. diſcordiam verò quin ſequatur omnium rerū euerſio, nemo non videt. quis igitur ire inficias poſsit, quin iure optimo dixerim à contempta religione, à diuturna Synodorum intermiſsione, hæc mala fluxiſſe? cum multis ab hinc ſæculis tanta fuerit oſcitatio, vt quod nuſquam gentium accidit, nunquam hic ſeniorum conuentus fuerit indictus, nulla vnquam rebus eccleſiaſticis, in dies collabentibus, medela ſatis prouida fuerit allata? quare perge obſecro, Paſtor vigilantiſsime, atq; omnibus, id quod facis, oſtende, non temerè in porticibus tuis marmoreum leonem pro valuis excubare. poſcit hoc vigilantia tua: poſcit ouium tuarum egeſtas: poſcunt monita ſanctorum Patrum: poſcit Synodus Tridentina: poſcit munus: poſcit charitas. omnia, quæ in terris gignuntur, ad vſum hominum creantur; homines autem hominum cauſa geniti ſunt, vt ipſi inter ſe, alius alij, prodeſſe poſſent. id autem cum dici de omnibus æquè poſsit, perſpicuum tamen

men

men eſt ad eos, qui prudentia, qui dignitate ac potentia cæteris antecellunt, ſpectare multo magis. quòd ſi is, qui plus habet virium, plus præſtare tenetur; nullus dubitandi relinquitur locus, quin ipſe, cuius virtus in tam celſo eſt locata faſtigio, digna tamen (abſit verbo aſſentatio) multo celſiori, nihil non tentare, nihil non debeas moliri, vt ouibus tuis, Chriſti ſanguine redemptis, opera, conſilio, auctoritate, quibuſcunque rebus potes, opituleris. ſed præſtas ipſe partes tuas, & ſtrenuè præſtas; nec vt liberè dicam, quod ſentio, alia de cauſa crediderim eſſe à Domino factum, vt immaniſsimi Turcarum tyranni manibus ereptus, poſt diuturnos labores, plurimis fortunæ vicibus ſuperatis, quemadmodum Saturnus olim, in hanc Italiæ partem è Creta adueneris, niſi vt Saturnus alter, aurea ſæcula, tot ſe voluentibus annis, huic ſi minus Latio, at certè conterminæ regioni afferres. quod aut Synodo præſtare potes, aut re alia nulla. Synodus enim errores eijcit, euellit abuſus, delicta punit, odia & inimicitias componit: Synodus eccleſiaſticorum ſegnitiem diſcutit, collapſam Eccleſijs reſtituit diſciplinam: Synodus Dœmonum fallaciam vincit, ſenſus illecebras aufert: Synodus rationi reddit amiſſam arcem: Synodus iuſtitiam in terras reuocat: Synodus hominibus conciliat Deum. Perge, perge Pater amantiſsime, nec te ab incepto reuocent nonnullorum voces, quibus, vtpotè ſibi conſcijs, iuſtitiæ tuæ rigor timori eſt. melius eſt cum ſeueritate diligere, quam cum lenitate decipere: leniter autem decipit, qui ſubditorum erratis conniuet. Religione nihil in humanis eſt ſanctius: nihil eſſe debet incorruptius. Virtutes benigniſsimè fouendæ, vitia ſeueriſsimè vindicanda, nec leuioribus ignoſcendum. parua enim ſæpè ſcintilla contempta magnum excitauit incendium. ſed mare amnium non indiget: ea eſt ſapientia tua, quæ aliorum monita non requirat: ea conſtantia in ijs, quæ optima factu eſſe intelligis, vt aliorum adhortationes non admittat. quamobrem cum eam eſſe humanarum rerum conditionem oſtenderim, vt aſsidua reparatione indigeant: cum quanta ſit Synodi vis ad mala tollenda; explicauerim: cum in eum ſtatum hanc Vrbem, hanc Dioeceſim eſſe adductam expoſuerim, vt Synodi opem imploret, vt plurimum vtilitatis à Synodo poſsit accipere; ſupereſt (Auditores Præſtantiſsimi, vt ad vos mea ſe conuertat oratio, voſq; horter, vt talem, ac tantum nacti Ducem, alacres contra Satanam

tanam

tanam pugnantes, ab eius faucibus, ereptam prius è Iudæorum inſidijs, Eccleſiam vindicetis. fremit ille ad caulam, vt Leo, quærens quem deuoret, ſicuti Apoſtolorum Princeps nos monet. veſtri muneris eſt, nè quid detrimenti creditum vobis ouile capiat, inuigilare. illius autem inſultus leui negotio eludetis, ſi auxiliares manus Antiſtiti, quemadmodum vos decet, præſtiteritis. non multa, non magna à vobis expoſcuntur; ſed ſolum vt ea, quæ ſeruanda proponuntur, diligenter diſcuſſa, vobis, ouibus veſtris, Eccleſiæ fructuoſa comperta, ità ſeruetis, ità ſeruanda curetis, vt digni ſitis, qui facem alijs in viam Domini præmonſtretis. Vnuſquiſque à Domino nunc ſe putet illis verbis commoneri. Tu, inquit, Petre aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. quòd ſi ipſe dixit, & facta ſunt, quis erit auribus adeò craſsis, adeò ferreis præcordijs, vt verbis Dei monentis non pareat, quibus muta ipſa elementa paruerunt? Dum ora, dum oculos veſtrum omnium, in me conuerſos intueor, vos parato iam animo ad nauandam ſtrenuè operam videre mihi videor: quapropter pluribus non vtar. Spiritum dumtaxat illum, qui à Patre, & filio procedit Deus, humiliter precabor, vt quemadmodum Paſtori noſtro optimam hanc mentem immiſit, vt nos in hoc auguſtiſsimo, ac ſanctiſsimo loco congregaret, vbi ea, quæ cenſet Eccleſiæ ſuæ vtilia, proponat; ità ſui numinis afflatu efficiat, vt quæcunque conſtituta fuerint, tanta cum diligentia ſeruemus vniuerſi, vt non minus boni ex obedientia noſtra, quam ex eius vigilantia, tandem emanaſſe videatur. Dicebam,

# INDEX TITVLORVM,

## Qui continentur in Conſtitutionibus Synodalibus.


DE Profitenda fide Orthodoxa. pag. 1
De Cuſtodiẽda fide Orthodoxa, & Hæreticis, eorumque libris vitandis. 5
De his, quæ omnes tenentur credere, & ſcire. 9
De fidei Rudimentis. 9
De lectione ſacræ Scripturæ. 11
De Verbi Dei Prædicatione. 12
De Reliquijs, ſacris imaginibus, ac venerationibus Sanctorum. 14
De Indulgentijs. 16
De cultu diuino, & feſtorum obſeruantia. 17
Feſta in noſtra Diœceſi de præcepto, deuotione, aut ſtatuto obſeruanda, erunt infraſcripta, & quæ ſignata fuerint littera P. erunt de Præcepto, quæ littera D. ex deuotione, quæ littera S. Statutaria, 18
De Ieiuniorum obſeruantia. 21
De Celebratione diuinorum Officiorum, ipſorumque miniſtris. 23
De moderatione Chori 25
De Hebdomadario. 26
De modo thurificandi. 27
De Cantore, & ſubcantore. 28
De punctatoribus. 29
De Magiſtro Cæremoniarum. 29


De

*De officio Sacriſtæ maioris.* 30
*De officio Parochi.* 30
*De obſeruandis in Sacramentorum adminiſtratione.* 34
*De Sacramento Baptiſmi.* 35
*De Sacramento Confirmationis.* 39
*De Sacramento Pœnitentiæ.* 40
*Caſus Reſeruati.* 41
*Bulla Gregorij XV. contra ſollicitantes in Confeſſionibus.* 47
*De Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento.* 53
*De Miſſarum celebratione.* 59
*Decreta S. Congregationis Concilij.* 66
*De pertinentibus ad Extremam Vnctionem.* 75
*De Pertinentibus ad Sacramentum ordinis.* 77
*De Pertinentibus ad Sacramentum Matrimonij.* 81
*De Sacroſanctis Eccleſijs, & earum cultu.* 86
*De præcipuis Eccleſiæ partibus, & de Pauimento.* 88
*De foribus.* 89
*De vaſe Aquæ Benedictæ.* 90
*De feneſtris.* 90
*De Altaribus, & Capellis.* 90
*De Tabernaculo.* 92
*De Lampadario.* 93
*De Reliquiarijs.* 93
*De Sacris Imaginibus.* 95
*De oleis ſacris, eorumq; Vaſculis.* 95
*De Baptiſterio.* 97
*De Sacrario.* 98
*De Suggeſto.* 98
*De Confeſſionali.* 98
*De Sepulcris, ac funeribus.* 99
*De Paruulorum Sepultura.* 101
*De Cœmeterijs.* 101
*De Campanis.* 102
*De Choro.* 103
*De Sacriſtia, & Sacriſtis.* 103
*De Organo.* 106
*De Rebus Eccleſiæ conſeruandis, earumq; recta adminiſtratione.* 107
*De Vita, & boneſtate Clericorum.* 110
*De Monialibus, earumq; Miniſtris.* 114

*De Pizzocharis, alijſq; Laicis Monialibus.* 118
*De Confraternitatibus Laicorum.* 119
De *Hoſpitalibus.* 128
*De Eremitis.* 124
*De Monte Pietatis.* 125
*Conſtitutio Pauli V. circa Montium Pietatis Adminiſtratores.* 126
*De Tribunali, eiuſq;* Miniſtris. 128
*De Vicario Generali, eiuſq; auctoritate.* 131
*De Vicario Foraneo.* 132
*De Capitulo Congregando.* 133
*De Santeſio, ſeù Procuratore Capituli.* 134
De *Officio Camerarij.* 136
*De Vitijs extirpandis.* 137
*De Blaſphemijs.* 137
*De ſententia Excommunicationis.* 138
*De Iuramento falſo.* 140
De *Maleficijs, & ſuperſtitionibus.* 141
De *Concubinarijs, & Meretricibus.* 142
*De Cauponis.* 143
De *Vſurarijs.* 143
*De Officio examinatorum.* 144
*De Iudicibus Synodalibus.* 145
*De Teſtibus Synodalibus.* 146
*De Synodalibus Decretis.* 146
*Declarationes aliquot Sacræ* Congregationis Concilii S.D.N. *Vrbani Papæ VIII. auctoritate edita ſuper* Decretis *eiuſdē* Congregationis *de* Celebratione Miſſarum. 148

CON-

# CONSTITVTIONES SYNODALES DIOECESIS CIVITATIS CASTELLANÆ.

## SESSIO PRIMA.

### *De Profitenda fide Orthodoxa.*

QVONIAM fides Religionis Catholicæ, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, 1 Lumen eſt animæ, oſtium vitæ, fundamentum ſalutis æternæ, 2 cunctarum mater virtutum, & radix bonorũ omnium, 3 nec ſolum corde creditur ad iuſtitiam, ſed ore etiam confeſſio fit ad ſalutem: 4 placuit ab eiuſdem fidei profeſsione noſtræ Synodo initium facere, & quaſi viam aperire.

1 Hebræ. c. 11.
2 Chryſoſt. in illud Symboli Credo in Deum.
3 Conc. Trid. ſeſſ. 6. c. 8. de reformat.

Quamobrem diſpoſitioni Sacri Concilij Tridentini, 5 & Conſtitutioni Pij Papæ IV. 6 inhærendo primũ quidem omnes, & ſinguli eccleſiaſtica beneficia obtinentes, quique ad diœceſanam Synodum acceſſuri ſunt, orthodoxæ fidei profeſſionem coram nobis emittant, priuſquam Synodus abſoluatur.

5 Concil. Trident. ſeſ. 25. c. 2. de refor.
6 Quæ incip. Iniunctum Id. Nouemb. 1564. & iuxta aliam eiuſdem Pij. 4. Conſtit. quæ incip. quæ in ſacroſancta.

Prouiſi de Canonicatibus, ac dignitatibus in Eccleſijs Cathedralibus tum apud nos, vel Vicarium noſtrum generalem, tum etiam in Capitulo eandem fidem profiteantur. 7 Qui verò prouiſi fuerint de parochialibus, vel beneficijs Eccleſiaſticis quibuſcunq;

7 Concil. Trident. ſeſſ. 24. c. 2. de reformat.

curam animarum habentibus in Ciuitate, & Diœceſi noſtra, antequam poſſeſsionem adipiſcantur, vel intrà duos mēſes à die ſuſceptæ poſſeſſionis in manibus noſtris, vel noſtri Vicarij Generalis profeſſionem emittant, ſeque in Romanæ Eccleſiæ obedientia permanſuros ſpondere, & iurare teneantur iuxtà præſcriptum dictæ Conſtitutionis Pij IV. inferius regiſtrandæ. 8 ego N. firma fide credo, & profiteor omnia & ſingula, quæ continentur in ſymbolo fidei, quo ſancta Romana Eccleſia vtitur, videlicet.

8 Conſtit. Pij 4 Iniunctum Synod. Viterb & Tuſcanen 3. de profeſsio. fid. 5. omnib' Nauar. Cõſ. 8. de Iureiur.

Credo in vnum Deum Patrem Omnipotentem, Factorem Cœli, & Terræ: viſibilium omnium, & inuiſibilium. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum Filium Dei vnigenitum. Et ex Patre natum antè omnia ſæcula. Deum de Deo, lumen de lumine: Deum verum de Deo vero. Genitum non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutē deſcendit de Cœlis. Et Incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine: Et homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus, & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas. Et aſcendit in Cœlum: ſedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos, & mortuos: cuius Regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum Dominum, & viuificantem: qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur: qui locutus eſt per Prophetas. Et vnam Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor vnum Baptiſma in remiſſionem peccatorum. Et expecto reſurrectionem mortuorum. Et vitam venturi ſæculi. Amen.

Apoſtolicas inſuper, & Eccleſiaſticas traditiones; reliquaſq. eiuſdem obſeruationes, & conſtitutiones firmiſſimè admitto, & amplector.

Item

Item Sacram Scripturam iuxtà eum ſenſum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Eccleſia, cuius eſt indicare de vero ſenſu, & interpretatione ſacrarum Scripturarum admitto, nec eam vnquam, niſi iuxtà vnanimem conſenſum Patrum accipio, & interpretabor.

Profiteor quoque ſeptem eſſe verè, & propriè Sacramenta nouæ legis à Ieſu Chriſto D. N. inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licet non omnia ſingulis, neceſſaria, ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiã, Extremam Vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaque gratiam conferre, & ex his Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem ſine ſacrilegio reiterari non poſſe.

Receptos quoque, & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus in ſupradictorum omnium Sacramentorũ ſolemni adminiſtratione recipio, & admitto.

Omnia, & ſingula, quæ de peccato originali, & de iuſtificatione in Sacroſancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector & recipio.
Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo verũ, proprium, ac propitiatorium ſacrificium pro viuis, & defunctis, atque in ſanctiſsimo Euchariſtiæ Sacramento eſſe verè, & realiter, & ſubſtantialiter Corpus, & ſanguinẽ, vnà cum anima, & diuinitate D. N. Ieſu Chriſti, fieriq. conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem, quam conuerſionem Catholica Eccleſia tranſubſtantiationem appellat.

Fateor etiam ſub altera tantùm ſpecie totum, atque integrum Chriſtum, verumq. ſacramentum ſumi.
Conſtanter teneo Purgatorium eſſe, animasq. ibi detentas fidelium ſuffragijs iuuari.

Similiter & Sãctos vnà cum Chriſto regnantes venerãdos, atque inuocandos eſſe, eosq. orationes Deo pro nobis offerre, atque eorũ reliquias venerãdas eſſe.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Firmiſsimè aſſero Imagines Chriſti, & Deiparæ ſemper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas, & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem, ac venerationem impertiendam.

Indulgentiarum etiam poteſtatem à Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarumq. vſum Chriſtiano Populo maximè ſalutarem eſſe affirmo.

Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam omnium Eccleſiarum Matrem, & Magiſtram agnoſco, Romanoq. Pontifici Beati Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſori, ac Ieſu Chriſti Vicario veram obedientiam ſpondeo, ac iuro.

Cætera item omnia à ſacris Canonibus, & œcumenicis Concilijs, ac præcipuè à Sacroſancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio, atque profiteor, ſimulq. contraria omnia, atque hæreſes quaſcunq. ab Eccleſia damnatas, reiectas, & anathematizatas ego pariter damno, reijcio, & anathematizo.

Hanc veram Catholicam fidem, extrà quam nemo ſaluus eſſe poteſt, quam in præſenti ſpontè profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & inuiolatam vſquè ad extremum vitæ ſpatium conſtantiſsimè (Deo adiuuante) retinere, & confiteri, atque à meis ſubditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantùm in me erit, curaturum.

Alioquin prædicti omnes nec fructus faciant ſuos, nec illis adepta poſſeſsio ſuffragetur. 9

Inſuper eandem fidei profeſsionem præſtabunt Confeſſores, & Concionatores tàm Sæculares, quàm Regulares (cum primum conceditur eis licentia) etiam concionaturi in Eccleſijs ſuorum ordinum. 10 Item ſacerdotes monialium curæ deſtinati, antequam Sacramēta eiſdem incipiant miniſtrare. 11 Aſsiſtentes,

9 Concil. Trid. d. ſeſſ. 24. c. 12. Idq; etiá ſi Canonici eſſent exempti Nauar. Conſ. 9. de Iureiur.

10 arg. d. Conſtit. Pij 4. conc. med. 5. quæ ad fid. tuend. ſtud. pert. Synodo Viterb. & Tuſcan. 3. de profeſ. fid. 5. omnibus:

11 arg. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de refor. d. c. 2. & de Conc. med. 5.

tes, Aduocati, Procuratores, Notarij, & Miniſtri omnes in cauſis fidei, [12] Profeſſores quoq; ſeu Prælectores cuiuſlibet facultatis, & ludimagiſtri, [13] quamuis priuatim docere velint, capta prius de vita, & moribus eorundem informatione à Vicarijs locorum [14] ad nos per inſtrumentum publicum deferenda. Deniq; Impreſſores, & Bibliopolæ. [15] Qui omnes, & ſinguli, antequã ſuæ facultatis vel artis munus exerceant, vel ſi iam cœperint exercere, intrà duos menſes fidem profitebuntur [16] ſub pœnis arbitrio noſtro imponendis.

Medici autem renouent iuramentum [17] ab eis in doctoratu præſtitum de ſeruanda Conſtitutione Pij V. [18] & in libro ad hoc deſtinato à Cancellario noſtro adnotentur.

Sint prætereà duo Codices, alter in Archiuio noſtro Epiſcopali, in quo Notarij gratis deſcribant nomina eorum, qui coram nobis, vel noſtro Generali Vicario fidem profeſſi ſunt; Alter in Archiuio Cathedralium, vbi adnotentur ij, qui coram Capitulo profeſsionem fecerunt, vt cum oportuerit, facile deprehendi poſsit ex Codice, qui contumaces, quique fuerint obtemperantes. [19]

12. d. Conc. med. 5.
13 Conſt. Pij 4. in ſacroſancta synod. Viterb. & Tuſcan. 2. § item iuris, & 3. § omnibus de profeſs. fid.
14 ex vna prouinc. mediol. ſub. s. Carolo lib. 1. cap. de ludimag. n. 4.
15 Concil. med. 6. quæ ad fid. tuen. ſtud. pert.
16 Viterb. & Tuſc. 4. de fid. Cathol.
17 Viterb. & Tuſc. 4. de pœnit. §. medici.
18 Quæ incip. ſuprà Gregem dominicum 13. Martij. 1566. & c. cum infirmitas de pœnit. & remiſ.
19 de Conc. med. 5. quæ ad fid. tuen. ſtud. pert. synod. Viterb. & Tuſcan. 3. §. vltimus autem de profeſſ. fid. & 4. §. vt aut. certa de fid. Cathol.

## *De Cuſtodienda fide Orthodoxa, & Hæreticis, eorumque libris vitandis.*

CVM ſimus inuicem membra, [1] & omnes vnum corpus in Chriſto, [2] ſicut omnes vno ſpiritu viuificamur, ſic vnius oculo fidei omnes pariter illuſtramur. Vnumquodq; etiam Chriſtiani operis corpus, vel totum ab huius oculi luce, & ſimplicitate perficitur, vel caligatione damnatur dicente Domino, ſi oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus lucidum erit,

1 Epheſ. 4.
2 Rom. 12.

erit, ſi autem nequam fuerit, totum corpus tenebroſum erit. 3 Nihil igitur æquè curandum eſt in hoc corpore, quam vt fidei oculus non ſolum ab omni nube perfidiæ, & hæreticæ prauitatis, ſed à leuiſſimo quoq; puluere ſuſpicionis illibatus cuſtodiatur. ſi quã verò caliginem (quod Deus auertat) vlla ex parte contraxit, ſolertiſsimè repurgetur.

3 Math. 6.

Quamobrem ne perniciosa hæreſis lues Domini gregem nobis creditum corrumpat, Archipresbyteri, Vicarij Foranei, 1 ac teſtes Synodales 2 inuigilent, ſedulòque perquirant, an hæretici, ſchiſmatici, apoſtatæ, aut alij de his ſuſpecti in eorũ ditione reperiantur. Diligentiam verò, ac curam in eorum indagationem exactius conuertant, qui ſe nuper ad fidem conuerſos profitentes ad quæſtum captandum diuagantur. Si quos inuenerint, ſtatim nobis deferant.

1 c. epiſcopus, 35. q. 6.
2 c. ſicut de Accuſ. & Concil. Lateranen ſub Innoc. III. cap. 4.

Quilibet non modo hæreticos iuxta præſcriptum Conſtitutionis fel. rec. Innocentij Papæ IV. 1 & Nicolai III. 2 verum etiam de hæreſi ſuſpectos ſub anathematis pœna denunciare nobis per viam iudicij 3 teneatur. 4 Qui conſcius non obtemperauerit, Sacramentali careat abſolutione. Parochi verò, & Concionatores populis hanc ſæpè obligationem accuratè inſinuent. Denunciaturis autem legitimè impeditis, vel ſi mulieres fuerint, Vicarius Foraneus 4 denunciationem in ſcriptis recipiat, nec ad vlteriora progrediatur. Sed indicto denuncianti ſilentio illam nobis clauſam, & obſignatã fideliter ſubitò tranſmittat.

1 17. Kal. Iunij anno ij.
2 Non. Martij anno. 4.
3 c. excommunicatus, 1 1. 1 § adijcimus de hæretic.
5 in dictis Conſtitutionibus Innocẽt. & Nicolai.
4 c. qui alios de hæretic.

Parochi diligenter inquirant, an Ægyptiorum, ſeu Cingarorum fallax ac errabundum hominum genus Catholicæ fidei veritatem profiteatur, 1 an ſtatis temporibus Eccleſiaſticis Sacramentis ſe muniat, an præceptis Eccleſiæ pareat. An ad ſortilegia, ac diuinationes incumbat, atque eluſoria vultus, manuumque inſpectione ſimplices fideles decipiat. Eos autem ſi culpa-

1 Conc. Mediolanen. pr. de Hiſtrion. & ſecund. quę ad fid. tuen. ſtud. pert.

culpabiles inueniant, nobis ſubitò deferant.

Iudicibus, Aſſeſſoribus, ac Notarijs præcipimus, ac ſub pæna excõmunicationis latæ ſententiæ iniungimus, ne ea, quæ ſibi ad fidem pertinentia iudicialiter innoteſcunt, cuiquam audeant aperire. 1 De ſilentio autem fideliter præſtando, in ſuſceptione ſui muneris corporale in manibus noſtris iuramentũ exhibebunt, idemq. à Vicarijs Foraneis circa denunciationes per ipſos recipiendas obſeruari mandamus.

1 c. Statuta. § & vt eorumdem de hæret. in 6. clement. 1. § porrò. c. de hæreticis.

Libri, atq; alia quælibet ſcripta, impreſſa, ſiuè manuſcripta, ſortilegia, incantationes, magias, aut alia huiuſmodi continentia, quæ penes inquiſitos, aut alios quoſcunque per Curiam fuerint deprehenſa, 1 perfecta legitimè inquiſitionis cauſa contra quoſcunq. in Atrio 2 Cathedralis Eccleſiæ comburantur, & talis combuſtionis 3 actus in actis adnotetur. Interim verò pendente iudicio penes Vicarium noſtrũ cautè cuſtodienda, & à nemine, niſi ab eis, ad quos pertinet, legenda deponentur.

1 Decret. s. Inquiſ. dat. romæ 26. Aug. 1608. ſub Paulo V.
2 Ex Pontific. Damaſc. in Symac. & in Hormisd.
3 Synod. Calcedon. act. 3. & 16. in fin.

In cauſis fidei acta omnia gratis conficiantur. 1 Notarios tamen pro eorum labore in deſcibendis teſtium depoſitionibus ad fauorem Reorum iuſtam mercedem recipere non prohibemus. Exempla verò Proceſſuum ad ſupremum Sacræ Inquiſitionis Tribunal tranſmittenda gratuitò concedantur.

1 Decret. s Inquiſit. ſub Clement. 8. Dat. Romæ. 5. Ianuarij. 1601.

Cum autem ab hæreticorum, ſuſpectorumq. libris, & ſcriptis venenum mortiferum ad fidelium perniciem ſæpè emanarit, nemo audeat legere, aut penes ſe retinere cuiuſcunq. generis libros in Indice Romano prohibitos, nec extra Diœceſim imprimi facere ſub pœnis in edicto S. Inquiſitionis contentis.

1 Die 18. Septemb. 1625. incip. ſanctiſs. D. N.

Ideò nequis prætextu ignorantiæ huiuſmodi libros, aut ſcripta penes ſe fraudolenter retineat, quilibet in termino quindecim dierum à preſentis Synodi publicatione decurrendorum, omnium, & quorum-

rumcunq; librorum, quos penes ſe habebit, Cathalogum Vicario noſtro ſub pœnis arbitrio noſtro incurrendis tradere teneatur. Librorum verò prohibitorum Indicem Archypresbyteri, & noſtræ Diœceſis Parochi apud ſe habeant, nec libros vænales, ſinè noſtra, aut Vicarij generalis,ſeu foranei in Diœceſi facultate exhiberi permittant. Si quis verò nouerit aliquem huiuſmodi libros penes ſe retinere ſeu legere,ſtatim ſub excommunicationis pœna certiores nos facere teneatur.

1 Seſſ. 4. in decreto de editione libror. in fin. §. præterea c. vnio. & relatum 37. diſtin. c. hæreſis.24 q. 3.

Nemo Sacræ Scripturæ verbis temerè abutatur, nec illa in aſſentationem, iocum, contumeliam, ſuperſtitionem, impietatem, ſeu profanos vſus, ſub pœnis S. Conc. Trid. conuertat. Et vt deteſtabilis iſte abuſus penitus eradicetur, Parochi, & Concionatores de criminis huius enormitate populis inſinuent ſæpiſſimè.

Et quoniam puriſsimo Catholicæ fidei candori nihil magis aduerſatur, quam in teterrimas Diabolicæ diſciplinæ artes incumbere, ideò Curati in ſua Parochia diligenter, ac ſedulò inquirant, an ſortilegi, diuinatores, lamiæ, magi, ſtriges, atque alia huiuſmodi perditiſsimorum hominum genera reperiantur. Quos verò vel de his etiam ſuſpectos deprehenderint, ad nos celeriter deferant Canonicis pœnis puniendos.

Vanas inſuper, ſuperſtitioſaſq. populi obſeruationes, quas velut hæreticalis peſtis contagia ſenſim Diabolus Simplicium fidelium animis inſinuat,damnamus, ab omnibuq. vitari,ac reſpui diſtrictè mandamus. Ideo Parochi Saltem in Viſitatione de his certiores nos facere teneantur. Concionatores verò de harum ſuperſtitionum leuitatibus,ac periculis populum frequenter commoneant. 1

1 S. Carolus pri. 2.

De

## *De his, quæ omnes tenentur credere, & ſcire.* *Cap. III.*

IN ſacro ſancto, & certo non errantis Catholicæ Romanæ Eccleſiæ iudicio quilibet cõquieſcat, & in iis omnibus, quæ eccleſia ipſa crediderit, ſibi quoque credendi normam præſcriptam certò ſciat. Ideò omnes fideles etiam rudes in lege gratiæ poſt ſufficientem Euangelij promulgationem tenentur explicitè ſcire articulos fidei ab eccleſia ſolemniter declaratos, ſeu Apoſtolorum Symbolum, quo Romana vtitur eccleſia, nec non Decalogi, eccleſiæque præcepta: quæ omnes ad diſcretæ cognitionis ætatem prouectos ſub mortali obligant peccato. item orationem Dominicam, Angelicamque ſalutationem. Illis, qui iſta ignorant, vel addiſcere negligunt, Eccleſiæ ſacramenta, abſolutionis videlicet & communionis, non ante quam hæc ſufficienter fuerint edocti, miniſtrentur.

Conc. foroIulien. ſub Carolo Pipino. cap.ne.art fid. Cõc. magunt. ſub Carolo Magno. cap. 48. s. Thom. 22. quæſt. 2. & 7: Conc. Lateranen. ſub Martino. cap. 17.

## *De fidei Rudimentis.* Cap. IIII.

PLurimum ad comparanda Catholicæ fidei, Chriſtianæque Reip. incrementa conducit, ſi pueri, quorum natura in malum prona eſt, 1 à teneris vſque annis in veræ Religionis doctrina erudiantur. Ideò Parochi Dominicis ſaltem, alijſque diebus feſtis pueros in ſuis Parochijs fidei rudimenta, cultum erga Deum, reuerentiam erga parentes, & Chriſtianam morũ honeſtatem per ſe, 2 vel per 2 alios à nobis approbandos ad ſac. Conc. Tridentini præſcriptum diligenter edoceant, etiam ſi alijs ex legato aut teſtamento, vel alio quouis modo hoc onus ſit impoſitum. Patres verò, Compatres, ac præceptores idem ſibi

1 Gen. 6. prou. 36. c. omnis ætas 12 q. 1. c. principatus. & ſeq. quæſt. 1. s. Leo. epiſt. 85.

2 ſeſſ. 24 cap. 4. de Reform 3. cap. vn quiſque de Vit. & hon. cler.

ipſis iniunctum à nobis onus non ignorent.

Quod vt diligentius perficiatur, vbi fieri commodè poteſt, doctrinæ Chriſtianæ ſodalitatem inſtitui mandamus, quæ viris morum integritate, ac vitæ honeſtate probatis conſtare debet, qui in tam pio munere Parochos adiuuent, ac Indulgentias à fel. recor. 1 Pio V. 2 Greg. XIII. Clem. VIII. & Greg. XV. cōceſſas conſequantur. Vt autem fidelium animi ad tam ſanctum, ac ſalutare opus inflammentur, Parochus intermiſſarum ſolemnia operis huius vtilitatem, ac vberrimos Indulgentiarum fructus populis frequenter denunciet. Vbi autem huiuſmodi ſodalitas haberi non poterit, duo, aut tres deligantur idonei, qui pro Chriſtiana pietate id muneris alacriter ſuſcipiant, & pueros adoleſcenteſq ad Parochiam adducentes diligenter in ſemita pietatis inſtruant.

1 Dat. Romæ 8 Iulij 1568.
2 Indulg. 100 dierum in Conſt. Gregorij 13. incip. vni. uerſis 21. Octobris. 1572.

Principes, & magiſtratus in Domino enixè hortamur, vt nulla ſumptus habita ratione publicos ludimagiſtros in ſuis Iuriſditionibus conducant, qui ſe non minus fidei, & vitæ, quam doctrinæ, & ſcientiæ laudibus commendatos exhibeant.

Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 18. Leo. X. in Conſtitut. ſuper reformat. Cur. Rom. ex Conc. Lateran.

Ipſi verò non ſolum libros in præfatis Indicibus vetitos, & damnatos pueris non interpretentur, nec ab illis vllatenus legi patiantur; verum etiam à quibuſcunque alijs turpia, ſiuè obſcœna continentibus abſtinere prorſus debeant. quotidiè verò ſub finem lectionum procurent, vt pueri genibus flexis orationem Dominicalem, Salutationem Angelicam, & Symbolum fidei deuotè recitent. Adoleſcentium animos non ſolum in litterarum ſcientia, verum etiam in pietate religionis erudiant: Miſſarum ſacrificio, cæteriſq; diuinis officijs crebrò iubeant intereſſe, 1 doctrinæ Chriſtianæ libellum ſemel in hebdomada recitare compellant, atque vt ijdem ſemel ſaltem in menſe conſcientiam ſuam approbato Sacerdoti aperiant, 2 pro

1 Concil. Lateran. ſub Leone X. verſ. & cum omnis anno. 1515. ſeſſ 9.
2 Cōc. Trid. ſeſſ. 13. cap. 8. de Reform.

pro viribus quærant. qui verò ad idoneam ætatem prouecti fuerint, ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento muniantur.

Et vt pueri, puellæque ad Eccleſiam facilius conueniant, pulſabitur campana 1 longo temporis ſpatio in meridie: quibus congregatis, diſtinctis puerorum, puellarumq. ſedibus Parochi, aut Magiſtri electi puerorum, puellarumq ſibi ſubiectarum Catalogum recognoſcant. Quod ſi qui è pueris, aut Puellis ſcholas Doctrinæ Chriſtianæ, ſeu Eccleſias ad hoc deputatas non frequentauerint: vel parentes, ſiue Domini, vt ſocordes, & inobedientes pueros aut puellas, famulos ſeu famulas mittere ad præfatas ſcholas neglexerint; illos Parochi nobis deferre non deſinant, vt opportuno prouidere poſsimus remedio. 1 Bulla Pij V. ſub die 8. Iulij 1568.

Et vt ſegnes in via iuſtitiæ excitentur, nemo à Parochis ad ſuſcipiendum de ſacro fonte infantem, matrimonium contrahendum, aut ad aliorum ſacramentorum, vel Confraternitatis alicuius participationem admittatur, qui ſaluberrima Chriſtianæ doctrinæ rudimenta ignoret.

## *De lectione ſacræ Scripturæ.* Cap V.

Nihil ad Chriſtianæ religionis pietatem conſeruandam, aut propagandam magis pertinet, quam ſacris lectionibus, prædicationibus, alijſque Spiritualibus alloquijs Catholicam fidem hominum auribus frequenter inſtillari. Hinc Sacroſancta Trid. Synodus 1 ſanctiſſimè ſtatuit, vt in Eccleſijs ab ea enumeratis præbenda Cathedralis, aut alterius Collegiatæ Eccleſiæ primum vacatura in Theologalem ad vſum ſacræ Scripturæ interpretãdæ, Altera 2 verò Pœnitentialis pro Confeſſionibus audiendis, & à reſeruatis caſibus abſoluendis fidelibus erigerentur. Quæ

1 ſeſſ. 5. cap. 1. de Reform.

2 Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 8. de Refor.



Digitized by Google

3 ſeſſ. 5. cap. 1. de Reform. cap. inter cætera § vnde præcipimus de offic. ordin. ex Conc. Lateranen. ſub Innoc. iij. cap. X.

decreta non valentes non ſolum propter præbendarũ, verum etiam Beneficiorum tenuitatem executioni demandare, Ideò decreto eiuſdem Concilij 3 quoad lectionẽ ſacræ Scripturæ inhærẽtes hortamur ſuperiores Regularium Conuentuum Ciuitatis, & Diœceſis noſtræ, vt in illis idoneum, ac approbatum lectorem eligant, qui ſemel in hebdomada caſus conſcientiæ, & ſacram Scripturam legat, Congregationibuſque ſuper hoc coram nobis faciendis in ſacriſtia, aut alibi interueniat. Quo verò ad Pœnitentiarium cum facultate abſoluendi à caſibus reſeruatis, in tabella deſcriptum eligimus, & conſtituimus.

Lectioni verò ſacræ Scripturæ, & caſuũ conſcientiæ omnes, & ſingulos ſacerdotes, alioſque in ſacris, minoribuſque ordinibus conſtitutos hortamur, vt interſint: qui ſemel in hebdomada conueniant, habeantq. caſuum conſcientiæ Congregationem, in qua ſaltem tres caſus proponantur, & per quemlibet Parochum diſcutiantur, & reſoluantur. Si verò prædicti ad Congregationem præfatam accedere neglexerint, & legitimam excuſationem non præmiſerint, pœnam vnius aurei qualibet vice ipſo facto incurrant. In eadem verò Congregatione res ad curam animarum, ad clericalis vitæ, morumq. honeſtatem, ad diuinum cultum, ad ſcandala eradicanda, ac tollenda vitia ſpectantes accuratè, ac maturè diſcutiant: vbi autem remedium opportunum per eos afferri non poterit, res tota ad nos, vel Vicarium noſtrum generalem deferatur.

## De *Verbi Dei Prædicatione. Cap. VI.*

IN ſaluberrima diuini Verbi prædicatione muneris noſtri onus, & crediti nobis gregis ſecuritatem agnoſcentes præcipimus, & mandamus, vt nemo

ſiuè

ſiuè Sæcularis, ſiuè Regularis in hac noſtra Diœceſi ſub quouis priuilegij, aut exemptionis prætextu concionatoris officium ſolis Paſtoribus [1] commiſſum ſine noſtra facultate, [2] & approbatione audeat vſurpare. Verum quia per nos ipſos ſalutare hoc munus vbique exequi non poſſumus, Presbyteri, & curam animarũ habentes diebus ſaltem Dominicis, alijſq; ſolemnioribus,& feſtiuis oues ſibi demandatas pro ſua, & earũ capacitate ſpiritualibus verbis paſcant. Quadrageſimali tempore quotidiè populus diuino verbo paſcatur per Concionatores à nobis electos, & approbatos: Clerici verò omnes cum biretis,& ſuperpelliceis Concioni ſub pœna arbitrio noſtro incurrenda interſint.

[1] c. Epiſcopus 88. diſt. c. inter cætera de o ff. ord. Conc. Trid. ſeſſ. 5. cap. 2. de Reform. & ſeſſ. 24. c. 4. de Reform.

Concionatores autem in ijs verſentur, quæ vtilia ſunt ad ſalutem, non quæ inaniter oblectant ad ſenſum. Idcircò Sacroſancta Dei Euangelia in Catholica veritate populis annunciantes vitia increpent, virtutes commendent, pœnas in ſcelerum vindictam liberè indicant, & præmia in pietatis recompenſationem ſuauiter polliceantur: breuitatem, ac ſermonis facilitatem,animarumq. ſalutem ſibi proponentes eò neruos dirigant, vt ſe piſcatores hominum non tam verbo, quam opere fructuosè profiteantur.

Quæſtionum ſubtilitatem, quæ potius ad ingenij oſtentationem, quam ad animarum præſidia conferunt, euitare ſtudeant: errores, ac impia Hæreticorum dogmata non proponant, niſi ea poſtmodum confutatione, ac redargutione aptè conuincere nouerint,ne rudis populus erroris inde,& ſcandali occaſionem nanciſcatur. fabuloſis, ac iocoſis ſermonibus audientium animos ne occupent, ſed ſuaui, ac ſeria grauitate diuini Verbi præſtantiam, ac maieſtatem conſeruent.

Decreta noſtra Synodalia, corruptoſq; ac deprauatos populi mores à Parochis ſcire ſtudeant. Vitia

gene-

generaliter, præcipuè vero ſortilegia, diuinationes, ac quaſcunque alias Diabolicas artes, Blaſphemias, falſum iuramentum, murmurationeſq. præſertim in eccleſiaſticos deteſtentur, in nullum perſonarum ſtatum tacitè, 1 vel expreſsè inuehantur, ſed in vitiorum reprehenſione, ac eradicatione deſudantes à perſonarum offenſione penitus abſtineant.

1 Armill. in ſumm. in ver. Prædicare num. 6.

Dum concio habebitur, nullus ſacerdos in eccleſia, aut aliquo ſacello miſſæ ſacrificium celebrare audeat ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis. & nè Concionatores laboris ſui fructu fruſtentur, ſi populus eorum Concionibus intereſſe neglexerit, Gubernatores, locorumq. omnium præſides in Domino hortamur, & obſecramus, vt tempore Concionis præcipuè diebus Quadrageſimalib' curent, vt apothecæ claudãtur, otioſaq. turba è foro, plateis, atq; tabernis expellatur: ac demũ vt diuinis officijs interſit, debitis pœnis cõpellant.

1. Carolus de offic. Prædic. c. 16.

Conc. Trid. ſeſſ. 5. c. 4. Synod. magunt. c. 12. Synod. florent. de prædicat.

Diuinum autem verbum die, non noctu 1 enuncietur præterquam in Paſſione Domini, quo tamen tempore tot luminaria ſint accenſa, vt omnis ſcandalorũ occaſio euitetur. Maſculi verò à fœminis aliqua tabella, vel tela ſeparentur.

1 Conc. Mediol. 4. de Verb. Dei prædicat.

In eligendis atq. alendis Concionatoribus legitima conſuetudo obſeruetur. qui verò illorũ electionem ad ſe pertinere prætendunt, ante feſtum omnium Sanctorum Concionatoris nomen, eiuſdemq. conſenſum nobis, ſeu Vicario noſtro teneantur indicare, aliàs electio pro illa vice ad nos deuoluatur. Tales autem eligant, quales ad rem tanti ponderis requiruntur.

## *De Reliquijs, ſacris imaginibus, ac venerationibus Sanctorum. Cap. VII.*

NVllus inſolitas 1 vel non ſacras imagines, aut noua miracula intra eccleſiam quantumuis exemptam,

1 Conc. Trid. ſeſſ. 25. de inuoc. & vener.

ptam, ſeu alibi apponere, vel nouas admittere reliquias, nec antiquas de loco ad locum transferre, 2 nec minus monumenta, in quibus aſſeruantur, ad ſolam etiam videndi curioſitatem aperire ſine noſtra facultate, & approbatione præſumat.

Libellus diſtinctum Reliquiarum catalogum, inſtrumentorumq. mentionem, quibus earum veritas comprobatur, continens deſcribatur, 1 atq. in Archiuio aſſeruetur. Index verò eorumdem in loco conſpicuo affigatur, vt ab omnibus cōmodè legi poſſit. Reliquiæ verò in loco duabus clauibus munito fideliter cuſtodiantur incluſæ, nec vllus vel quid minimum ab eis auferre audeat ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ.

In illis oſtendendis plura lumina ſuccēdantur, thurificationes ac ſtatutæ precum recitationes, alijque ſolemniores, vt decet, ritus per Sacerdotem pluuiali, ac miniſtros ſuperpelliceis indutos honorificè, ac reuerenter adhibeantur. Si verò publicè ad venerationem exponi illas contigerit, duo ſaltem luminaria ex cera ardeant, & clericus ſuperpelliceo amictus ad cuſtodiam aſſiſtat; nec illæ ad infirmorum domos ab eccleſijs ſine noſtra facultate aſportentur.

Parietes, in quibus Sacræ imagines vetuſtate corroſæ, aut aliter in deformitatē collapſæ cernuntur, dealbari mandamus. Si ligneæ fuerint, incendio tradantur, cinereſq. in ſacrario deponantur. 1 Si marmoreæ, in effoſſo eccleſiæ pauimento adeò recondantur, vt deambulantium pedibus conculcatæ non inquinētur.

Ne quis verò in nouis confingendis, atq. euulgandis miraculis 1 quæſtus, aut inanis gloriæ captandæ occaſionem auarè, atq. ambitioſè nanciſcatur, interdicimus, ne quis fictitia huiuſmodi commenta promulgare præſumat, nec in viuentes, vel defunctos homines nondum Sanctorum Catalogo ritè adſcriptos,

2 c. cum ex eo de Reliq. & Ven. San. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Inuoc. & Vener. 3 c. corpora de cōſec. diſt. 1. Conc. Magunt. c. 51.

1 Conc. Mediol. 4. de Sacr. Reliq.

1 c. altaris de Conſ. diſtin. 1.

1 c. 1 & c. cum ex eo de Reliq. & Vener. Sanct. Concil. Lateran ſub Innoc. iij. cap. 62.

ptos,

1 Concil. Trid. ſeſſ. 25 de Inuoc. Sanct. ptos, vel in eorum imagines miracula referre audeat, Tabellarum votiuarum, aut cerearum, ſiuè argentearum imaginum appenſionem, ac oblationem in accepti diuinitus beneficij memoriam ac gratiam omninò prohibentes. Sed ſi quid miraculoſum, aut nouum contigerit, Parochi nobis deferant, vt adhibita Theologorum conſultatione quid in re tam graui expediat, maturè decernamus. Tabellæ verò, candelæ, figuræ ceteæ, & argenteæ, aliaq; huiuſmodi votiua ſacræ imagini oblata propè eandem imaginem configantur, nec inde ſine noſtra licentia vllatenus amoueantur, aut diſtrahantur.

Sacroſanctam D. N. I. Chriſti paſſionem, ſanctorumq. martyria, & actiones ſcenico apparatu exhiberi prohibemus: quod enim ad fideliũ pietatẽ excitandam antiquitus inſtitutum fuit, hodiernis temporibus in riſum, offenſiones, ac ſcandala deprauati hominum mores facilè conuertunt.

## De Indulgentijs. Cap. VIII.

NE indulgentiarum theſauris, qui è ditiſſimo ſanctæ matris Eccleſiæ ſinu effodiuntur, fideles abuti contingat, omnia & quæcunq. eccleſiarum Capitula, Rectores, piorum locorum Adminiſtratores, Confraternitatumq. ſeu Congregationum quarumcunq. Præfecti intra quatuor menſes à præſentis Synodi publicatione notam integram, & fidelem omnium, & ſingularum Indulgentiarum ſibi ex Apoſtolica benignitate conceſſarum vnà cum litteris, alijſq. deſuper expeditis documentis ad Curiam noſtram tranſmittant.

In poſterum autem in Eccleſijs quantumuis priuilegiatis, & exemptis obtinendæ non antea promulgentur quam litteras Apoſtolicas ſuper illis expeditas,

ditas, (vt fraudibus obuietur) diligenti examine, ac teſtimonio noſtro approbauerimus.

Curiæ verò noſtræ Cancellarius Indulgentiarum quarumcunq; obtentarum notam vnà cum circunſtantijs ad earum conſecutionem requiſitis, & tempus, quo vigorem obtinebunt, gratis deſcribere teneatur.

## SESSIO SECVNDA.

### *De cultu diuino, & feſtorum obſeruantia.* *Cap. I.*

AD verum Dei opt. Max. cultum, qui in Sacramentorum frequentia, in diuinis laudibus, ac feſtorum dierum obſeruantia maximè conſiſtit, omnes allicere, animare, ac ſalutaribus documentis excitare cupientes, quæ ſequuntur, ſtatuenda decernimus.

Curent Parochi, vt dies feſti ad celebrandas Dei, Sanctorumq. laudes potiſſimum inſtituti piè, ac religiosè colantur. Proindè omnes Chriſti fideles Miſſam integram diebus feſtis attentè, 1 ac deuotè audiãt; Patreſq. ac matres familias præſertim horramur, & obſecramus, vt his præcipuè diebus Eccleſias frequentent, Concionibus, ſermonibus, Veſperis, ac alijs diuinis interſint officijs 2 ſeq. in pietatis operibus ſedulò exerceant ea omnia, quæ peccati ſuggerunt materiam, accuratè fugientes; filios, ac ſeruos non modo non impediant, quo minus miſſæ ſacrificio diebus feſtis interſint, verum eoſdem compellant memores ſe non ſui ſolum, ſed & omnium ſibi ſubditorum rationem omnipotenti Deo reddituros.

1 c. Apoſtolica de Conſ. diſt. 1. cap. omnes, & c. miſſa ibid. Armil. in ver. feſtum nu. x.

2 c. ieiunia de conſecr. diſt. 1.

Quod vt facilius præſtari poſſit, nullus audeat, dum ſacra fiunt, cauponas adire, commeſſationes, ebrietates, choreas, atq; alia huiuſmodi ſpectacula ſub pœna ſcutorum X. locis pijs applicandorum exercere. diebus verò feſtis omnes ludos 1 tam teſſerarum quam alearum prohibemus.

1 c. denique diſt. 4. c. qui. die: de conſecr. diſt 1. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de inuoc.

Quilibet à ſeruili, ſeu mecanico opere abſtineat, etiam rurali. nihil emi, vendiuè poſſit, niſi quod ægrotis, vel diurno victui ſit opus. 2 Res tamen venales nec antè fores eccleſiæ, nec in Cœmeterijs exponantur, aut vendantur ſub pœna quinque ſcutorum pijs vſibus applicandorum. iudiciorum 3 verò ſtrepitus omnino conquieſcant.

1 c. licet e. conqueſtus deferijs.

2 Armill in Summ. in ver. feſtum nu. 4. 13. 14. & 15. Ang. in Summ. in ver. ferię num. 13.

3 c. placita 15. q. 4.

Ad tollendum omnem ignorantiæ prætextum inter miſſarum ſolemnia, Parochi feſta, ac ieiunia in ſubſequentē hebdomadā incidentia populo annuncient.

1 c. pronunciandū de Conſec. diſt. 13. Conc. lugdun. c. 4.

## *Feſta in noſtra Diœceſi de præcepto, deuotione, aut ſtatuto obſeruanda erunt infraſcripta, & quæ ſignata fuerint littera P. erunt de Præcepto, quæ littera D. ex deuotione, quæ littera S. ſtatutaria.* Cap. II.

### IANVARIVS.

P. 1 CIrcumciſio Domini.
P. 6 Epiphania Domini.
D. 17 S. Antonij Abbatis.
S. 20 S. Sebaſtiani.

### FEBRVARIVS.

P. 2 PVrificatio B. M. Virginis.
D. 3 S. Blaſij Epiſcopi, & Martyris. off. fit dup.
P. 24 S. Matthiæ Apoſtoli. Anno Biſextili 25.

MAR-

MARTIVS.

P. 19 S. IOſeph Confeſſoris. Gregorius XV.
P. 25 Annunicatio B. M. Virginis.

APRILIS.

D. 23 S. GEorgij Martyris.
D. 25 S. Marci Euangeliſtæ.

MAIVS.

P. 1 SS. PHilippi, & Iacobi Apoſtolorum.
P. 3 Inuentio S. Crucis.
S. 20 S. Bernardini.

IVNIVS.

P. 24 NAtiuitas S. Io. Baptiſtæ.
P. 29 SS. Petri, e Pauli Apoſtolorum.

IVLIVS.

D. 2 VIſitatio B. M. Virginis.
S. 16 B. Mariæ de Monte Carmelo.
P. 25 S. Iacobi Apoſtoli.
P. 26 S. Annæ. Gregorius XV.

AVGVSTVS.

S. 5 S. MAriæ ad Niues.
D. 7 S. Alberti Cõfeſſoris. & offic. ſit ſemid.
P. 10 S. Laurentij Martyris.
D. 12 S. Cratiliani Martyris. officium duplex.
P. 15 Aſſumptio B. M. Virginis.
D. 16 S. Rocchi.
P. 25 S. Bartholomæi Apoſtoli.
D. 29 Decollatio S. Ioannis Baptiſtæ.

SEPTEMBER.

P. 8 NAtiuitas B. M. Virginis.
P. 16 SS. Ioannis, & Martiani Patronorum huius Ciuitatis. ſeruetur per totam Diœceſim.
S. 17 S. Cornelij.
P. 21 S. Matthæi Apoſtoli.
P. 29 Dedicatio S. Michaelis Archangeli.

## OCTOBER.

S. 4 S. FRanciſci.
P. 28 SS. Simonis, & Iudæ Apoſtolorum.

## NOVEMBER.

P. 1 OMnium Sanctorum.
D. 4 S. Caroli.
P. 11 S. Martini Epiſcopi, & Confeſſoris.
P. 30 S. Andreæ Apoſtoli.

## DECEMBER.

D 4 S. BArbaræ Virginis, & Martyris.
D. 8 Conceptio B. M. Virginis.
D. 13 S. Luciæ Virginis, & Martyris.
P. 21 S. Thomæ Apoſtoli.
P. 25 Natiuitas D. N. I. Chriſti.
P. 26 S. Stephani Protomartyris.
P. 27 S Ioannis Apoſtoli, & Euangeliſtæ.
P. 28 SS. Innocentium Martyrum.
P. 31 S. Silueſtri Papæ, & Confeſſoris.

## FESTA MOBILIA.

P. DOminicæ omnes totius anni.
P. Dies Paſchæ Reſurrectionis Domini cum duobus ſequentibus.
P. Aſcenſio Domini.
P. Pentecoſtes cum duobus ſequentibus.
P. Corpus Chriſti.

Per Diœceſim ſeruentur prædicta feſta de præcepto, & alia iuxta vniuſcuiuſq. Terræ ſtatutum & deuotionem.

De

## *De Ieiuniorum obſeruantia.* Cap. III.

CVm ieiuniorum ſuffragia ad peccatorum medelam Eccleſia ſalubriter inſtituerit, ſciant cuncti poſt completum ætatis ſuæ annum vigeſimum primum ſe ad illorum obſeruantiam ſub mortalis 1 peccati pœna diſtrictè teneri. illi tamen, quos vrgens neceſsitas, ætatis imbecillitas, aut alia rationabilis cauſa ab hac eximit obligatione, Medici, & Confeſſoris iudicio, atq; obtenta à deputatis 2 in ſcriptis facultate legitimè excuſentur. Ideò Medici, ac Chirurgi teſtimonij ac fidem ſuam, niſi vbi vrgens, ac iuſta neceſſitas adfuerit, non omnibus paſsim concedant, iuxta formã inferius apponendam. ad vitãdam tamen ſcandalorum occaſionem in publico à carnium comeſtione prorſus abſtineant; ſed propriæ conſulentes imbellitati ſecretò illas præparent, comedant, conte&ctaſque 3 per viam deferant.

1 c. ieiun. de Conſec. diſt. 5 Ang. in Summ. in ver. ieiunium.

2 cap quadrageſima c. ieiunia de Conſecr. diſt. 5. c. conſilium de obſeruat. ieiun.

3 d c. Conſilium de obſer. ieiun.

Dies, in quibus ieiunia præcipiuntur.

Omnes dies quadrageſimæ 1 Dominicis exceptis.

Quatuor anni tempora 2

VIGILIA 3
- Natiuitatis D. N. I. Chriſti.
- Pentecoſtes.
- Aſſumptionis B. M. Virginis.
- Omnium S S
- Omnium Apoſtolorum excepta vig 4 ss. Ioannis Iacobi, & Philippi.
- S. Ioannis Baptiſtæ.
- S. Laurentij Martyris.

1 Canon. Apoſt. 69. c. non oportet. 1. planut. de Conſec. diſt. 3. c. quadrageſima de Conſec. diſt. 5.

2 c. ieiunium cap. conſtituimus. cum ſeq. q. 86 diſt.

3 c. ex parte c. conſilium de obſeruã. ieiun. c. quæſiuit. 5 feſtum. de Verb. ſign.

Et

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Et licet Vigilia S. Titularis propriæ Parochialis eccleſiæ, vel Ciuitatis non ſit ex præcepto, ſed tantum ex deuotione, Parochus tamen hortabitur, vt illam ſeruare, & celebrare velint parochiani.

Vigiliæ, ſi in Diem Dominicum inciderint, ad præcedentem ſabbati diem transferantur, ſicuti etiam ſi Vigilia S. Ioannis Baptiſtæ in feſtum Corporis Chriſti inciderit, præcedenti die ieiunium celebretur.

Qualibet feria ſexta, & ſabbato [4] ab eſu Carnium fideles omnes penitus abſtineant, excepto tamen feſto Natiuitatis [5] D. N. I. Chriſti die ex Honorij III. Cõſtitutione: qui ſecus abſque vrgenti neceſsitate fecerint, tãquam de hæretica li labe ſuſpecti puniantur.

4 c. ſabbat. c. ieiunia de Conſec. diſt. 3. c. in ſabbat. de Conſec. diſt. 4.
5 c. fin. de obſeru. ieiun:

Et vt ritè, decenterque ieiunia celebrentur, vnica comeſtio fiat circa meridiem: [1] Ideò iuxta temporum viciſsitudines in Parochialibus eccleſijs hora competenti campanæ ſonitu congruum tempus demonſtretur: prohibemuſq; quibuſcumq. tam Sæcularibus quam Regularibus, nè meridiem intempeſtiuè accelerantes ieiunantium animos decipiant.

1 c. ſolent. de Conſec. diſt. 1. S. Thom. 22. q. 147. art. 7.

Et quoniã parum ieiunia ſuffragantur, ſi ſcelerum contagio mens polluta ſordeſcat; ideò ieiuniorum temporib' fideles ab illicitis abſtineant voluptatibus. nec à Dominica Palmarum vſque ad feriam tertiam poſt Paſcha Meretricum, atq. inhoneſtarum mulierum domos ingredi audeant: idemq. à Natiuitatis Domini Vigilia vſq. ad feſtum ss. Innocentium obſeruari mandamus. qui contrauenerint, arbitrio noſtro punientur.

## *De celebratione diuinorum officiorum, ipſorumq; miniſtris.* Cap. IIII.

AD diuini cultus obſeruantiam, in qua potiſſimũ nobis inuigilandum, mandamus, vt omnes, quicunq. dignitates, ac Canonicatus in eccleſia noſtra Cathedrali obtinent, iuxta S. Concilij Tridentini decretum 1 diuinas laudes per ſingulas horas per ſe ipſos canendo ad Breuiarij ac Miſſalis nuper recogniti præſcriptum in præfatæ Cathedralis eccleſiæ, aliarumq. Collegiatarum choro iuxta eorum antiquum vſum reuerenter perſoluant: in alijs verò eccleſijs Parochus, ſi commodè poterit, quotidiè coram ſanctiſſimo ſacramento officium recitet.

1 ſeſſ. 24. c. 12. de Reform ver. omnes vero c. dolentes de celebr. miſſ.

Facto ſigno iuxta ſolitum morem omnes tam Sacerdotes, quam clerici conueniant, nulloq. modo ante fores eccleſiæ conuenticula faciant, ſed eccleſiam ingreſsi aqua luſtrali ſe aſpergant, ac deinde vtroque poplite flexi ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento reuerentiam exhibeant. Talari, tonſura, bireto, ſuper pellicioq. induti chorum modeſtè ingrediantur, colloquia, nugas, diuagationes, ſcripturarũ, aut litterarum alienam à tanto loco lectionem, cachinnos, riſus, & alia huiuſmodi eliminent. è choro niſi ex rationabili cauſa licet redituri non recedant niſi officio completo: Qui in his deliquerint, tanquã abſentes pũctentur, & diſtributiones amittant: ſi in erroribus inſorduerint, ſeueriores arbitrio noſtro pœnas experiẽtur.

S. Hiron. in cap. 44. ezech. S. Anacletus. epiſt. 1 c dolentes. de celebr. miſſ.

Qui poſt inchoatum officium ingreditur chorum 1 ſi Canonicus fuerit, primò Altari, deinde nobis, ſi adfuerimus, profunda capitis inclinatione reuerentiam exhibeat: cœteri verò genuflectant. ſi tamen adſit ſacramentum, omnes nemine excepto genuflectere teneantur; deinde Chorum hinc inde decenter ſalutando

c. licet. de Preb. & dignit. 1. olim de Verb. ſignific. c. vnic de Cleric. non reſid. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. de Reform.

do in locum ſuum conferat; inſtando verò, & ſedendo ſinguli hebdomadarium ſequantur.

Omnes ea, qua decet grauitate, attentione, ac deuotione pſallant, preceſq. pauſa decenti in medio verſiculi Pſalmorum interiecta modulantes penſum ſuæ ſeruitutis piè, ac religioſè perſoluant.

Cæremonial Epiſc. lib. 2. cap. 1.

Chorus verſiculum non incipiat prius quam alter chorus ſuum compleuerit. in fine Pſalmorum cum dicitur Gloria Patri, vel in fine hymnorum quando laudantur perſonæ diuinæ, vel quando nomen D. N. I. Chriſti, vel B. M. Virginis profertur, omnes profundè ſe inclinent, caputq. detegant reuerenter.

1 S. Carol. de Immun. Eccl. cap. 19. & de celeb. miſſ. c. 85.

Dum diuina recitantur officia, circulatores, ac alij ſimiles ab artis ſuæ exercitio abſtineant, ſub pœnis arbitrio noſtro infligẽdis, Pilæ quoq. luſum, ac alia huiuſmodi, quibus ſtrepitus excitatur, prohibemus.

Officia Regularium, aut ea, quæ in Breuiario, & Miſſali nuper recognito non habentur, iuxta decretum à nobis in Viſitatione factum ſæculares non recitent. nec minus alia ad libitum ſub duplici ritu aut ſemiduplici. omnem verò, & quemcunq. alium prætextum, ac conſuetudinem improbamus, etiam ſi altaria, vel reliquiæ ſancti, dummodo non ſint inſignes, vt capitis, Brachij &c. in illorum eccleſia reperiantur.

Officia verò infraſcripta à Sacra Rituum Congregatione approbata per Diœceſim noſtram celebrentur.

20 Martij S. Ioachini Patris B. M. V. ſub duplici ritu
26 Maij S. Philippi Nerij.
17 Septem. Stigmatum S. Franciſci.
Angeli cuſtodis prima die non impedita
poſt

poſt feſtum dedic. B. Michaelis Archangeli.

25 Auguſti S. Ludouici Confeſſoris ſub ritu ſemiduplici, &c.

6 Octobris S. Brunonis Confeſſoris.

7 Octobris S. Brigitæ Viduæ.

4 Nouemb. S. Caroli.

Officium ss. Ioannis, & Martiani Eccleſiæ noſtræ protectorum, quorum corpora ſub altari maiori recondita aſſeruantur, ſtatuimus per totam Diœceſim, & per octauam etiam à Regularibus de communi Martyrum celebrari, donec à ſacra Rituum Congregatione officium proprium approbetur.

Officium Conſecrationis Eccleſiæ noſtræ Cathedralis, quæ cadit in diem 20. Decemb. & per octauam, quoniam officium temporis impedit, ex præfatæ Rituum Congregationis auctoritate in vigeſimum octauum Menſis Ianuarij diem transferimus. 1. mart. 1615.

Officium pariter S. Famiani Confeſſoris, cuius feſtũ cadit in 8. Auguſti, & cuius corpus in eccleſia Galleſij aſſeruatur, ſub duplici ritu per Ciuitatem, & Diœceſim noſtram celebrari mandamus.

Miſſa Conuentualis in duplicibus, & ſemiduplicibus cantetur poſt tertiam, in ſimplicibus poſt ſextã, Rub. miſſ. in ferialibus verò poſt Nonam.

## *De moderatione chori. Cap. V.*

NE incepto officio in inueniendis pſalmis, & Antiphonis ſcandaloſè tempus conteratur, antequam officia inchoentur, chori Moderator, quæ in officio illius diei recitanda, aut cantanda erunt, inueniat, præparet, ac diligenter diſponat.

Illos, qui Epiſtolam, Euangelium, Prophetias, ac lectiones cantaturi, lecturiuè erunt, examinet: neque ad hoc munus inhabiles admittat, ſed eos tantum-

modo, quos experientia idoneos reperierit.

Magiſter cæremoniarũ quolibet die Sabbathi tabellam in choro, aut Sacriſtia apponat, in qua Canonicorum, & hebdomadariorum nomina deſcribat, qui officium ordinare, Miſſam celebrare, Epiſtolam, aut Euangelium canere per totam hebdomadam tenentur, vt quilibet de proprio munere certus reddatur.

Si illi, quibus Miſſam canendi, officiumuè ordinandi incumbet onus, ſine iuſta cauſa per nos, vel Vicarium noſtrum approbanda à proprio munere defecerint, trium iuliorum pro qualibet vice pœnam luant, & ſubſequens in ordine ſuppleat.

Qui verò omnibus horis non interſunt, in diſtributionibus per punctatorem multentur, & punctentur iuxta formam præſcriptam in cap. de Punctatoribus.

## *De Hebdomadario. Cap. VI.*

Hebdomadarius chorum primus ingrediatur, & facto ſigno horarũ recitationẽ incipiat. Si legitimè fuerit impeditus, alium ſubſtituat. Si verò in hoc defecerit; punctetur, & ſubſequens in ordine ſuppleat.

Cærem Epiſc. lib. 2. cap. 3.

Hebdomadarius primam antiphonam, capitulum, principium hymni, antiphonam ad Magnificat, Benedictus, & Preces, ſi dicendæ ſint, ac orationes in choro nõ memoriter, ſed per librum recitare tenetur.

Miſſam maiorem cantabit, Altare ad Magnificat, & Benedictus incenſabit, ſi ſolemniter celebretur Matutinum, quæ omnia ad præſcriptum Miſſalis, & Cæremonialis perficiantur.

Nunquam diuinorum officiorum recitatio inchoetur, niſi quinq. vnà cum hebdomadario ad minus interſint; ſi ſecus fiat quilibet pœnam vnius libræ ceræ Sacriſtiæ applicandæ incurrat.

De

## De modo thurificandi. Cap. VII.

IN thurificationibus Cæremonialis Epiſcoporum preſcriptum ad vnguem obſeruetur, videlicet Altare vbi ſolemniter celebratur, ſi ſanctiſſimum ad ſit Sacramentum, incenſetur debitis genuflexionibus triplici ductu: ſi Crux adſit, profunda capitis inclinatione triplici pariter ductu; ſi ſanctorum adſint in medio poſitæ reliquiæ, duplici: ſi à lateribus, à cornu Euangelij, & Epiſtolæ, duplici ſimiliter; & deinde continuando, ſiuè plura, ſiuè pauciora fuerint candelabra tribus triplici ductu æquali diſtantia incenſentur. Idem verò à cornu Euangelij obſeruetur, quæ nobis tamen ſolemniter celebrantibus ſeptem, alijs in ſolemnioribus ſex, in Dominicis duplicibus minoribus, & ſemiduplicib' quattuor, in ſimplicibus autem, & ferialibus duo eſſe debeant. Cærem. Epiſc.lib.1. cap. 23.

Alia verò in præfato Cæremoniali contenta ad amuſſim perficiantur.

Deinde incenſetur celebrans, & nos, ſi adfuerimus triplici ductu. Vicarius noſter generalis, & Canonici duplici, alij verò vnico ductu.

Poteſtates, Gubernatores, Conſeruatores, ſeu Priores Communitatum, & Domini feſtorum duplici tantummodo ductu thurificentur, cæteri verò omnes à thurificante in medio chori ſtante triplici ductu à latere Euangelij, & Epiſtolæ vnà cum populo incenſentur. Thurificans neminem ſedentem, dormientem, vel genuflectentem, ſed ſtantem, & capitis inclinatione reſpondentem thurificet.

Pax eccleſiaſticis ad oſculum, laicis verò cum inſtrumento pacis exhibeatur. Qui pacem defert, aut Euangelium Epiſcopo, vel celebranti deoſculandum, non antea ſed poſt reuerentiam faciat.

Ab hac tamen incenſandi ratione excipimus Prælatos,

tos, alioſq. viros magnates, cum quibus iuxta eorum qualitatem arbitrio noſtro agendum erit.

Præfata omnia, vt ſupra, obſeruari mandamus, vt inueterati, prauiq. abuſus extirpentur. Qui contra. uenerit, ſi in ſacris fuerit conſtitutus, à diuinis ipſo facto ſuſpendatur: alij verò carceris, & pecuniarijs etiam pœnis arbitrio noſtro puniantur.

## *De cantore, & ſubcantore.* Cap. VIII.

c. 1. 25. diſt. verſ. ad pſalmiſtam.

CAntoris officium eſt præſidere in choro non modo ad cantus, verum etiam ad omnium, quæ in choro dicenda erunt, adminiſtrationem: ſilentium, & pauſam in medio verſiculi indicabit. ad ipſum quoque pertinet curare, vt officium ſolemniter recitetur: pſalmos intonabit, tonumque obſeruabit: ipſumq. omnes ſemper in cantu, & tono ſequantur præcedentem.

In duplicibus autem, Magnificat, & Benedictus in ſolemniori tono, vel duplicato cantari diligenter curabit.

Ad eumdem ſpectat ad lectorile accedere, & quæ ſunt canenda oſtendere, antiphonas, & lectiones ſecundum vſum, & conſuetudinem in feſtis primæ, & ſecundæ claſsis inter Canonicos tantum, in alijs verò feſtis, & ferijs inter aliòs inferiores diſtribuere, & ordinare.

Nemo illius officium perturbare audeat: ſed contrà inobedientes per Vicarium, & alios, ad quos ex officio pertinet, diſtrictè agatur.

Si officium proprium rectè non adimpleuerit, modeſtæ ſubiaceat correctioni. Subcantor in abſentia cantoris illius vices gerat, eique omnes parere teneantur.

De

## *De punctatoribus. Cap. IX.*

NE qua in parte diuinus cultus minuatur, ſed ei debitum in omnibus rebus obſequium præſtetur; ad negligentium, ac torpentium in ſeruitio Dei animos excitandos Punctatores à Capitulo eligantur, vel quilibet ex Canonicis ſeruata gradus, & dignitatis prærogatiua ad hoc munus pro quolibet menſe deſtinatus intelligatur in gyrum præſtito tamen prius in manibus Vicarij noſtri generalis iuramento de hoc munere diligenter, ac fideliter nulla perſonarum habita exceptione adminiſtrando.

Qui punctatores ſemper aſsiſtant, nec per aliorum relationem tam abſentes, quam delinquentes in choro, vel in Sacriſtia colloquentes punctare valeant. in quibus omnibus eorum conſcientiam oneramus.

Modus puctandi erit. Qui ad matutinum ante finem Pſalmi Venitè exultemus non venerit, bononenum vnum amittat. Pro horis prima, tertia, ſexta, & nona bononenum vnum ante finem hymni, & in completorio ante Conuerte. Qui verò Miſſæ cantatæ ante vltimum Kyrie eleiſon non adfuerit, bononenum vnum, & ad Veſperas ante finem primi Pſalmi bononenum vnum: quæ portio ijs, qui interſunt, accreſcat. ipſoſq. monemus, ſi malitiosè abſuerint, tuta conſcientia diſtributiones pro rata eorum non futuras.

## *De Magiſtro Caremoniarum. Cap. X.*

IN noſtra Cathedrali, & in qualibet Collegiata Cæremoniarum Magiſter à Capitulo eligatur, qui ſummoperè inuigilet, vt in omnibus ordo obſeruetur, confuſio euitetur, diuina officia iuxta eorum Rubricas Cærem. Epiſc. lib. primo cap. 5.

cas ritè celebrentur, laudabileſq. ſeruentur conſuetudines; in ſuo autem munere obeundo cautè, ac prudenter ſecundum perſonarum qualitatem modeſtè, ac reuerenter ſe gerat.

Præmoneat, inſtruatq. quos opus fuerit, & præſertim ſi qua occurrant celebranda officia, quæ non ità frequenter ſolent euenire, veluti ſi ſolemniori vſu, ac apparatu ſupplicationes faciendæ, aliaq. huiuſmodi accidant; quo caſu exhibitis etiam ſchedulis obſeruandos adnotabit ritus, & cæremonias.

Decreta verò de Diuinorum officiorum celebratione, de Thurificando, pacem dando, aliaq. in Cæremoniali Romano præſcripta obſeruari faciat.

Illi omnes circà eius officium parere omninò teneantur. aliàs ad nos, vel Vicarium noſtrum generalem inobedientes pro modo culpæ deferat puniẽdos.

## *De officio ſacriſtæ maioris.* Cap. XI.

Cærem. Epiſcop. lib. 1. cap. 6.

PRo recta Eccleſiarum cura Cæremonialis Epiſcoporum diſpoſitioni inhærentes mandamus, vt in noſtra Cathedrali, alijſque collegiatis eccleſijs, ſub pœnis arbitrio noſtro vnus eligatur, qui in Sacerdotali ordine ſit conſtitutus; cuius erit munus paramenta ſacra, vaſa, libros, cereos, ornamenta, inſtrumentaque vſibus eccleſiæ, ac altarium deſtinata vnà cum reliqua ſupellectili Eccleſiaſtica integrè, ac mundè conſeruare. ad ea verò præſertim, quæ ſacræ Euchariſtiæ cultum, atq. honorem reſpiciunt, diligentius animum conuertat. illius autem officium annuale ſit.

## *De officio Parochi.* Cap. XII.

Apoſt. ad Thim. c. 4.

PArochi, & Curati ſunt partes præ cæteris in Vinea Domini inuigilare, laborare, ac deſudare.

Qua

Quapropter in ſuis Parochijs aſsiduè commorentur, atque ab ijs rariſſimè diſcedant, nec eis vnquam liceat etiam ex neceſſaria cauſa extra Parochiam pernoctare, niſi idoneum, atque approbatum ſubſtitutum ibidem reliquerint. Quòd ſi illis neceſsè fuerit per breue temporis ſpatium abeſſe, non ante à commiſſi ſibi gregis cuſtodia diſcedant, quam à Vicario noſtro foraneo licentiam obtinuerint. Maius verò temporis ſpatium à nobis, vel Vicario noſtro generali impetrauerint. Quòd ſi prædictis parere neglexerint, ſciant non ſolum mortali ſe irretitos peccato, ac pro temporis rata fructus ſuos non facere; verum etiam à nobis grauiter pecuniarijs etiam pœnis, ac alijs arbitrio noſtro puniendos. c.fin. de Reſer. in 6.

Idem etiam ſtatuimus de Canonicis, alijſque beneficia, ſeu præbendas perſonalem reſidentiam requirentia habentibus, qui teneantur ea omnia, quæ à S. C. Trid. circà reſidentiã ſancita ſunt, inuiolabiliter obſeruare, quia ſæpè euenit, vt pro maiori parte diſcedant, Eccleſiæque ſuis indecenter fraudentur obſequijs. Seſſ. 6. c. 2. de Reform.

Parochus animarum ſibi ſubiectarum, perſonarum, familiarumq. ſuæ Parochiæ numerũ, & qualitatem in libro deſcribat: in alijs verò libris diſtinctis Baptizatorum, Confirmatorum, mortuorumque, nec non coniugatorum nomina iuxta formam à Rituali Romano traditam adnotabit. Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. de Refor. & c. 2.

Populum ad Confeſsionis, ac Communionis frequentiam præſertim in ſolemnioribus feſtis, vt Natiuitatis Domini, Pentecoſtes, ac alijs hortetur, atq. inflammare ſtudeat. Diebus verò Dominicis, alijſq. feſtis ſaltem ante Miſſam, Parochialem vel Collegiatam, dum populi ad diuina confluunt, in Confeſſionali per horam reſideat ad fideles inuitandos ad peccatorum Confeſſionem.

Paupe

Digitized by Google

Pauperes, & ægrotos ſuæ Parochiæ ſæpius viſitent, eoſque non ſolum verbis, verum etiam ope, ac eleemoſyna ſubleuare lætentur. infirmos præcipuè in vltimo agone conſtitutos, licet Sacramenta Eccleſiæ receperint, nunquã derelinquant, nec alios per vices ſubſtituant ſub pænis arbitrio noſtro.

Caueant autem, ne in Sacramentorum adminiſtratione quidquam exigant, aut etiam verbis directè, vel indirectè petant; hortamur tamen laicos, vt ſolitam eleemoſynam eis tribuant. cæremonias ex more S. R. E. adhibeant. ſi non pluuiale, ſaltem ſuperpelliceũ, & ſtolã omninò induant, & diligentiã in ſuo munere adhibeant in omnibus, quæ ad ſuum pertinent officium. non commendationem, non plauſum, non temporalia commoda, ſed populorũ, qui ipſorũ fidei, ac cuſtodiæ demandantur, incolumitatem quærant, & ſalutem.

Feſta quolibet die Dominico, quæ incipiunt à media nocte diei præcedentis, & terminantur ad mediã noctem ſequentis, ſicuti & ieiunia indicant; atq; in tabella in publico appenſa deſcribant: Omnes verò ad Miſſam in ſua Parochia audiendam hortentur diebus feſtis, vt quilibet dies feſtos, matrimonia contrahenda, excommunicationes, edicta epiſcopalia, & ſimilia, quæ præfatis diebus per Parochum enuncianda ſunt, poſsit intelligere.

In Communionibus Generalibus adiutorem habeant, qui ipſis in communione miniſtranda, & audienda confeſsione auxilium ferant.

Ægrotante Parocho Vicarius noſter foraneus, vel ſenior eiuſdem Terræ Sacerdos, aut vicinior Parochus ſtatim ac de infirmitate cognitionem habuerit, illuc ſe conferat Sacramentorum ſuffragia infirmo miniſtraturus, illiusq. vices in exercenda cura ſupplet.

Sequuta

Secuta autem morte, adhibito Notario, vel alio ſcribente, coram teſtibus rerum omnium ad eccleſiam pertinentium inuentarium ſucceſſori aſsignandum conficiat; noſque de ægroti periculo certiores facere teneatur, idemque etiam in alijs Benefitiatis obſeruari mandamus ſub pœnis arbitrio noſtro.

Parochi, & Curati in ædibus Parochialibus aſſiduò iuxta fel. rec. Pij. V. conſtitutionem reſideant, nulliq. in Parochiali munere deſint. Qui verò Parochiale domicilium non habent, Domum quam proximam Eccleſiæ conducant, idemq. etiam ab adiutoribus præſtetur. octauo Idus Iulij 1568.

Miſſam non ſolum feſtis diebus, verum etiam aliis, præſertim ieiuniorum adeò frequenter in ſua Parochiali Eccleſia celebrare procurent, vt muneri ſuo, & animarum ſaluti commodè ſatisfaciant. Conc. Trid. ſeſſ.

Caueant, nè aliquem paruulum ſine Baptiſmo infantem, aut adultum ſine Pœnitentiæ Sacramento, Sacro Viatico, extrema vnctione, aut etiam animæ commendatione, & ſolitis precum ſuffragijs ab hac vita emigrare negligenter, ac culpabiliter permittant. Ideò in infirmorum viſitatione, curaque Spirituali omnem diligentiam, ac ſedulitatem adhibeant; Quòd ſi iſta propter ipſorum culpam, aut negligentiam euenire contigerit, ſciant ſe non modo grauiſſimas nobis pœnas daturos, verum etiam omnipotenti Deo muneris ſui negligenter cum maximo animarum damno, ac periculo adminiſtrati exactiſſimã rationem reddituros. Synod. magunt. c. 34. Conc. Colut. de Admin. Sacram. cap. 49.

Et quia ſine miniſtro Parochus nequit Miſſam celebrare, Sacramenta adminiſtrare, & alia munia peragere, ſtatuimus, vt vbi non adeſt Clericus pro tali ſeruitio præſtando, nec aliquo modo ſuppetunt facultates pro conſtituendo ſibi competenti ſalario, à Communitate loci prouideatur, qui in habitu, &

 tonſura

tonſura incedat, & cum cotta inſeruiat, & vbi clerus eſt numeroſus, plures conſtituantur.

Benedictio ouorum, & aliarum rerum Comeſtibilium die Paſchatis fiat à deputando à Domino Archipresbitero, vel Parocho reſpectiuè, & diuidatur collectum inter quos, prout de conſuetudine; & fiat in aliqua parte remota Eccleſiæ, & menſa adhoc præparata, non autem in ſacriſtia.

## SESSIO TERTIA.

### *De obſeruandis in Sacramentorum adminiſtratione.* Cap. I.

[1] c. talis. 25. diſt.

CVm nefas ſit pura ab impuris tractari, & ſancta miniſtrari ab indignis, omnes ſacroſancta miniſtraturi Sacramenta in primis ſtudeāt vita moribuſq. ſe reddere irreprehenſibiles & ab omni erga ſubditos offēſione penitus abſtineant, conſcientiamq. omni & quocunque lethalis culpæ [2] contagio ſaltem per contritionem, [3] ſi deficiat confeſſarius, habere procurent emundatam. In ipſo miniſtrationis actu habeant intentionem actualem, vel ſaltem virtualem, ac firmam faciendi id, quod præſtat Eccleſia. Pro ſingulorum Sacramentorum vſu, ac miniſtratione proprias, & deſtinatas materias præparent, non ſolum in rerum ſubſtantia ſolliciti, verum etiam in perfectiori materiarum qualitate diligentes, vt ſcilicet ſint mundæ, [4] nitidæ, & ex optimis, quæ poſſint haberi.

[1] Conc. Trid. ſeſſ. 13. c. 7. de Reform. c. quotidie c ſceſelitate cap. panem de Conſec. diſt. 2. [3] cap. placuit. cap. quicquid. cap. qui ſtudet. c. emendare. c. gratia 1. q. 2.

[4] c. veſtimenta de conſec. diſt. 3. Conc. Trid. ſeſſ. 7. de Sacram. c. 11.

Caueant autem, ne in adminiſtrandis ſacramentis præſcriptas formas excedant, aut immutent: nec alia verba, quam propria ſingulorum in Rituali Romano

Conc. Trid. ſeſſ. 7. c. 13.

per

per fel. record. Paulum V. edito expreſſa, adhibeant, quæ memoriæ mandare ſtudeant, vt illa facilius, atq. aptius cum Sacramentorum adminiſtratione coniungant. præfatum verò Rituale adminiſtratores omnes habere teneantur. Sacerdotum omnium ſingulare munus erit Sacramentorum Virtutes, vſum, præſtantiam, & effectum pro ſuſcipientium captu lingua vernacula explicare, quo maiori reuerentia, & animi pietate populus ad illa ſuſcipienda poſſit excitari. Sacerdos verò miniſtrans non ſolum talari veſte, ſed ſuperpelliceo indutus ſit, & orario, ſeu ſtola humeris ſuperimpoſita. Baptiſmatis, Pœnitentiæ, Euchariſtiæ & matrimonij Sacramenta in Eccleſia præterquā in caſu vrgentiſsimæ neceſsitatis miniſtrentur ſub grauiſſimis pœnis arbitrio noſtro incurrendis.

Concil. Trid. ibid. c. 13 c. quę ipſis. 38. diſt.

Conc. Trid. ſeſſ. 24. de Reform. c. 7.

1 c. noſtrates. c. ſi quis diuinis 30 q. 5 Clem 1. de Baptiſ. Conc Trid. ſeſſ 24 c. 1. de reformat. matrim.

Parochi libros quinq. habeant, in primo Baptizatorū, in ſecundo Confirmatorum, in tertio matrimonia contrahentium, in quar. Defunctorū, in quinto deniq. omnium in ſua Parochia degentium nomina diſtinctè teneantur deſcribere; & poſt octauam Paſchatis Reſurrectionis omnium in Parochia exiſtentium non communicatorum nomina, cognomina, ſexum, & ætatem Cathalogum continentem ad nos quamprimum tranſmittant. Iſti autem Codices apud Parochos ſemper aſſeruentur, & moriente Parocho ſucceſſori, ſeu œcconomo interim ad curam animarum deputato per hæredes defuncti ſub pœna excommunicationis intra terminum 15. dierum conſignentur.

1 Conc Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de Reform.

## De Sacramento Baptiſmi. Cap. II.

SAcerdos Baptizaturus, quam actionem ſuſcepturus ſit, ſecum ipſe reputet, diuinæque gratiæ ad præſtantiſſimum illud opus aſſiſtentiam à ſupremo rerum conditore Deo reuerenter deprecetur. In hoc

verò miniſtrando Sacramẽto ſtola violacea, & deindè alba ad formam Ritualis Romani vtatur.

Et antequam Paruulum baptizet, intelligat, an prius domi fuerit baptizatus, & an debita fuerit ſeruata forma. quos autem verè domi baptizatos eſſe compererit, iterum non baptizet, ſed Cathechiſmum, Preces, ac Cæremonias tantum omiſſas adhibeat: quòd ſi reiveritate diligentiſſimè exquiſita dubium ſit, an fuerit infans baptizatus, tunc illum conditionaliter baptizet his verbis: Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, & filij, & Spiritus Sancti, Amen. idemque ſeruetur, ſi infans in nemore inueniatur ſinè teſtimonio, aut litteris eum baptizatum aſſerentibus.

Forma baptizandi ſolita, quæ eſt ( ego te baptizo in nomine Patris, & filij, & Spiritus Sancti. Amen ) ab omnibus indiſtinctè, & inuiolabiliter obſeruetur. Eadem ſola forma inſtituantur etiam obſtetrices, quamlibet autem aliam formam, vt ego te baptizo per Patrem &c. damnamus, & improbamus.

Compatres moneat, vt ſemotis omnibus nugis piè, religioſèq. quod agatur, attendant, intelligantq. Chriſto filios ſpiritualiter generari, ſeque pro ſuo ſuſceptionis officio eos Catholica fide, & probatis teneri moribus inſtituere, ſi in hoc præſtando negligentes parentes fuerint.

Ideò antequam admittat aliquem ad ſuſcipiendũ de ſacro fonte infantem, Parochus adhibito vulgari idiomate curet, vt ſuſceptor plenè intelligat, quid cum Deo paciſcatur: quæ ſpiritualis naſcatur cognatio inter, & baptizatum eum, illiuſque Patrem, ac Matrem: nec non inter Baptizantem, & Baptizatum, baptizatique Patrem, ac matrem tantũ, & hanc cognationem non diffundi, vel extendi ad vxorem, ſi vir ſuſcipiat, neq. contrà; præfatamq. ſpiritualem

Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de Reform.

cogna-

cognationem tanti eſſe momenti, vt matrimonium contrahendum impediat, contractumque dirimat. Hæreticos, excommunicatos, interdictos, aut eo anno in tempore Paſchatis Sacra Communione non refectos, nec non prima fidei ignorantes rudimenta aut infames, ſeu publicè criminoſos ad ſacrũ adeò munus admittere non audeat; idemque volumus obſeruari in Clericis ſacris ordinib' initatis, alijsq. Religioſis regularibus, ſanctimonialibus, ipſiuſque baptizandi parentibus. c.nō licet.cum ſeſſ. de confecr. diſt. 4.

Plures Compatres iuxtà præſcriptum S. C. Triden. non admittat, ſed vel marem, vel fœminam, aut marem ac fœminam tantum. d. ſeſſ. 24. c. 2. de Reformat.

Et quamuis Baptizandi munus ad Parochum ſolum pertineat, in euidenti tamen vitæ infantis periculo ſciant omnes id ſibi licere, ſeruata tamen eadem ſemper forma ac gradus præeminentia ita videlicet, vt clericus laicis, maſculus fœminæ in hoc Sacramento miniſtrando præferatur.

Obſtetrices in Diœceſi à Vicario Foraneo, in Ciuitate à Vicario noſtro generali prius approbentur. aliàs à ſui muneris exercitio prorſus abſtineant ſub pœnis arbitrio noſtro incurrendis. diſt 4. de Conſec. pro tot. clem. vnic. de Baptiſm.

In nominibus imponendis Parochus enixè hortetur Parentes, ne nomina obſcæna, fabuloſa, ridicula, vel gentilitatem redolentia filijs imponant; ſed ſolummodo ea, quæ Chriſtianæ pietati conueniunt, vt ſunt nomina Sanctorum. facilè enim euenit, vt nominis ſimilitudo ad Virtutes, ac pietatem imitandam alliciat, & Sanctum, quem in nomine imitantur, ad animæ ſalutem aduocatum obtineant.

Poſt baptiſmi collationem Parochus Parentes, leuantes, ſiuè nutrices moneat, nè propter periculũ ſuffocationis, quod in noſtra Diœceſi propter humanã negligentiam frequens eſſe ſolet, audeant ſub excom-

munica-

municationis pœna infantes ante expletum ætatis annum ſecum in eodem lecto retinere. Quòd ſi caſus euenerit, non antea ſepulturæ cadauer tradatur, quam per Vicarium, & Cancellarium noſtrum viſitetur.

Deindè Parochus ſtatim baptizati, nec non Compatrum nomen, & cognomen in libro ad hoc deſtinato, vt ſupra mandauimus, deſcribat. Puerperas hortetur, vt cum primum domo egrediuntur, ad Eccleſiam ſe conferant Deo gratias acturæ, ac ſalutarem benedictionem ſuſcepturæ.

Aqua baptiſmi quotannis Sabbato Sancto, ac Pentecoſtes ſolemni ritu benedicta ſeruetur in vaſis æneis, ſeu marmoreis in loco conſpicuo intra opertorium ligneum benè clauſum, ſera, clauique munitum, vna cum vaſculis argenteis, aut ſaltem ſtamneis, in quibus Sacrum Chriſma, oleumq. Cathecumenorum aſſeruetur, ſub pœnis arbitrio noſtro infligendis. quod ſi aqua baptiſmalis fuerit corrupta, aut defecerit; alia iuxta formam Ritualis benedicatur.

Hoc ſacroſanctum Sacramentum non in aulis, cubiculis, aut alijs priuatis domibus, ſed in Eccleſia ſolũmodo baptiſmali conferatur: niſi tamen imminens vitæ diſcrimen contrarium neceſſariò ſuaderet. vt verò occurratur periculis, quæ facilè poſſunt euenire, ſi Sacramenti huius collatio in longum differatur: Mandamus vt infans in propria Parochiali Eccleſia intra octo dies ad ſummum baptizetur. Si verò domi Baptiſmũ receperit, pariter intra eundem terminum ad Eccleſiam deferatur, vt ſuppleantur alij ritus omiſſi.

Parochus Cathecumenos iam adultos ad Sacrum Baptiſmi fontem non antea recipiat, quam præteritorum peccatorum egerint ſalutarem pœnitentiam, contritionem habuerint, in Catholicæ fidei rudimentis fuerint inſtructi, & noſtra præuio diligenti examine facultas accedat.

c. omnis. c. agunt. & ſeq. q. de Cóſec. diſt. 4.

De

## *De Sacramento Confirmationis*. Cap. III.

CVm contigerit in Diœceſi noſtra hoc Sãctiſſimũ Confirmationis Sacramentum adminiſtrari, opportunè doceant Parochi populum, quam neceſſariũ ſit fidelibus hoc Sacramentũ; cuius nobilitas ex Apoſtolica conferentis dignitate optimè dignoſcitur. etenim præterquam quod cõmunem habet cum cæteris Sacramentis inuiſibilis gratiæ viſibilem formam, in eo ſpecialis ſpiritus Sancti gratia cordibus noſtris mirè infunditur, & augetur; illiuſque potentiſsimis nos muniti præſidijs aduerſus Diabolicas contentiones tanquam ſignati Chriſti milites confirmamur, & ad pugnam roboramur. Ideò ſtudeant Parochi, vt debitam erga hoc Sacramentum excitent in populo venerationem, vt ea, qua decet religione, ac puritate ſumatur.

1: c. 2 de Conſec. diſt. 5.

Quare in Eccleſia Parochi opportunè tempus denuncient, quo Sacrum Chriſma erit miniſtrandum.

Confirmandi eam debent attingere ætatem, vt vsũ rationis fuerint aſſecuti. adulti peccata ante huius Sacramẽti ſuſceptionem confiteantur, vel ſaltem ſint contriti cum propoſito quamprimum confitendi. qui debet confirmari, orationem Dominicam, atque Angelicam ſalutationẽ, ac Symbolum Apoſtolicum ac Decalogi præcepta ſciat. ſemel verò confirmatus non poteſt ſinè Sacrilegio confirmari. excommunicatus pariter, interdictus, ſeù ex notorio crimine diffamatus ab hoc Sacramento abſtinere debet.

1. cap. vt ieiun. de Conſec. diſt. 5.

c. de his. c. manus. de Conſec. diſt. 5. Concil. Trid. ſeſſ. 7. can. 3. de Confir.

Confirmandum ſuſcipiens debet eſſe Confirmatus, ac in fidei Rudimentis decenter inſtructus, armaque tenetur deponere: Excommunicatus, aut enormi, publicouè crimine notatus ab hoc ſuſceptionis officio arceatur.

Maſculus

Cõc. Mogunt. c. 19.

Nec Maſculus fœminas, nec è conuerſo fœmina maſculos ſuſcipiat niſi ex neceſſitate, & diſpẽſatione noſtra, aut Vicarij noſtri. nullus verò vno, eodemq. die niſi vnum, aut alterum præſentet confirmandum.

Infantes confirmandi à Patrinis, vt vulgo dicitur, in brachio dextero teneantur, adulti verò ponant dexterum ſuum pedem ſuper dextero quoque pede Patrini. Sciant verò omnes in hoc Sacramento contrahi cognationem ſpiritualem, ſicut in baptiſmate: ideò vnicus compater admittatur. 1

1 Conc. Trid. ſeſſ. 24 c. 2. c. non plures de Conſec. diſt 4. 2 c. altaris palla. de Conſec. diſt. 2.

Confirmatorum frontes poſt vnctionem ſtatim rectè abſtergantur per Sacerdotes bombice, vel linteolo, quod poſtea comburatur, & cineres in ſacrario 2 reponantur. confirmati non antea ab eccleſia diſcedant, quam Epiſcopalem benedictionem ſuſceperint.

Confirmatorum nomina in libro ad id deſtinato vnà cum patrini ſuſcipientis, ac Epiſcopi confirmantis nomine deſcribantur.

Parochus nullos tam alienæ iuriſdictioni, quã noſtræ ſubiectos, niſi exhibita nobis, atque exarata facultate obtenta, admittat: quemadmodum mandamus, vt nullus noſtræ Iuriſdictioni ſuppoſitus audeat ab externo Epiſcopo Apoſtolicæ manus impoſitionem accipere.

## De Sacramento Pœnitentiæ. Cap. IIII.

GRauiſſimum pœnitentiæ Sacramẽti munus idoneis ac dignis ſolũmodo Sacerdotibus committatur, ne miniſtrorũ ignorantia pœnitentes potius ad perditionem, quam ſalutem adducat.

Nullus præter Curatos, ſiue Secularis, ſiue Regularis Sacerdos ad Confeſſiones audiendas admittatur, niſi prius ab examinatoribus, ac Vicario noſtro in examine fuerit approbatus, facultatemque in ſcriptis

gratuito

gratuitò concedendam, obtinuerit; & qui in præſentem vſque diem exercuerunt, non niſi præuio examine, & noua obtenta licentia ſacroſancti huius muneris ſequantur miniſterium, aliàs ſeueriſſimis pœnis arbitrio noſtro declarandis, atq. infligendis punientur. Pro hoc verò examine quemlibet primum Veneris diem cujuſcumq. Menſis deputamus.

Omnes, & quaſcumque antea conceſſas facultates abſoluendi à caſibus nobis reſeruatis reuocamus.

Ne verò quis per ignorantiam abſoluat à caſibus, à quibus nequit abſoluere, præcipimus omnibus, & quibuſcunque tam Curatis, quamaliis ad audiendas Confeſſiones deputatis, vt in ſedibus Confeſſionalibus affixam habeant non ſolum Bullam Cœnæ Domini, verum etiam notam caſuum nobis Reſeruatorum, qui ſunt infrà ſcripti. Sacr. Cong. Regul. die 9. menſis Ianu. 1601. 26 Nouemb. 1602. & 7. Ianu. 1617.

## CASVS RESERVATI.

1 Blaſphemia hæreticalis.

2 Adoratio Dæmonis, & inuocatio eius expreſſa, maleficium, & quælibet ſuperſtitio, quæ fit cum abuſu Sacramentorum vel Sacramentalium.

3 Homicidium voluntarium non ſolum quoad committentes, ſed etiam quoad conſilium dantes, mandantes, vel auxilium, ſeu fauorem præſtantes effectu ſecuto.

4 Inceſtus in primo vel ſecundo gradu conſanguinitatis, & in primo affinitatis: copula carnalis cũ cognata ſpirituali: quæcunque copula carnalis etiam tantum attentata cum filia ſpirituali vel cum Parochiana: Stuprum Virginum etiam cum promiſsione matrimonij: Sodomia etiam cum fœminis, ac beſtialitas; & hæc omnia, quæ in hoc quarto numero continentur, quoad maſculos tantum poſt pubertatem.

5 Obſcœnitates, aliaue grauia crimina cum monialibus, ſeu aliis fœminis in clauſura degentibus quomodolibet commiſſa vel attentata, nec non verba obſcœna: acceſſus virorum ad monaſteria monialium ſine licentia in ſcriptis, vel cum licentia ſubreptitia aut obreptitia.

6 Solutio Quadrageſimæ ſine licentia in ſcriptis, nec nō doloſa fides ſeu doloſa licentia ſoluendi Quadrageſimam per Medicos, & alios deputatos facta ſeu conceſſa.

Decret. Cong. Epiſc. vrbis. ſub Clem. 8. Non Ianu. 1601. & 16 Nouemb. 1601. & 7. Ianuarij 1617.

Qui verò ſub quocunque priuilegiorum, Indultorum, ac facultatum ſibi, aut ſuis Congregationibus, ordinibus, Religionibus conceſſorum prætextu à caſibus Sedi Apoſtolicæ, vel nobis reſeruatis (extra mortis articulum) ſine noſtra, aut Romani Pontificis viuentis facultate aliquem abſoluere auſus fuerit, ſciat ſe Pontificali Decreto excommunicatum, omnibus officijs priuatum, ad aliaque inpoſterum obtinenda inhabilem effectum, nec ab vllo, præterquam ab ipſa Apoſtolica Sede (extra mortis articulum) abſolutionem, confirmationem, ſeu habilitationem conſequi poſſe.

Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 8 S. in omnibus.

Ad ſubleuandas tamen pœnitentium conſcientias, illorumque ſpiritualibus neceſſitatibus vt prouidè, ac citius ſuccurratur, in hac Cathedrali noſtra conſtituimus Pœnitentiarios in tabella in Sacreſtia appenſa deſcriptos; quibus facultatem abſoluendi à caſibus nobis reſeruatis concedimus, declaramuſq. præfatos, dum in eccleſia confeſſionibus audiendis detinentur, interim præſentes in choro cenſeri.

Hortamur præterea Confeſſarios omnes, vt in huius ſacroſancti miniſterij functione ſolum Dei honorem, animarumq. ſalutem ſibi proponant, nec vel lucri, vel terreni alicuius commodi gratia ad hoc Sacramen-

cramentum exercendum indecenter accedant. quapropter à pænitentijs pecuniarijs, in quantũ poſſunt, abſtineant imponendis: ſi quas verò ad animarum ſalutem iudicauerint iniungendas, neq. ſibi, neque ſuæ eccleſiæ illas applicent, ſed pœnitentis arbitrio applicandas in pios vſus relinquant. Confeſſionis verò intuitu nihil à pœnitentibus etiam ſub prætextu celebrandarum Miſſarum, vel faciendæ reſtitutionis directè, vel indirectè exigant, aut petant.

Monemus etiam omnes, vt ſuperpelliceis, & ſtola induti, bireto cooperti confeſſiones audiant. Regulares verò eodem habitu vtantur, quem in choro ad diuina celebranda officia adhibere conſueuerunt.

Ex decreto ſacræ viſitationis apoſtolicæ Romæ die decima Iulij 1625.

Habeant Parochi pro Confeſsionibus audiendis Sedes in Eccleſia iuxta formam infrà præſcriptam Sub titu. de Confeſſional. in quibus ſedibus audiant confeſsiones, non extra illas: illæq. in conſpectu omnium non in angulo eccleſiæ collocentur.

Mulieres, & adoleſcentes ante, vel poſt ſolis ortum non audiantur. Presbyteros, alioſque in ſacris conſtitutos ab hoc eximimus. Mulierum ægrotantium confeſsiones audiantur oſtio cubiculi, in quo decumbunt, non clauſo, ſed aperto, vt ab omnibus conſpici poſſint. Sacerdos verò ſi contrafecerit, arbitrio noſtro à Confeſſoris munere ſit eo ipſo ſuſpenſus.

Confeſſarij audita infirmorum Confeſsione miniſtrati Sacramenti teſtimonium in ſcriptis relinquant, vt Parocho, Mediciſque oſtendatur; aliàs eandem ſuſpenſionis pœnam incurrant.

Salutarem Innocentij III. conſtitutionem in vſum reuocantes præcipimus, ac mandamus, vt Medici ad ægros in lecto decumbentes adducti, antequam illorum curam ſuſcipiant, eoſdem planè moneant, vt idoneo Confeſſori peccata confiteantur; aliàs eiſdem

c. cum infirmitas. de Pænit. & remiſſ.

 denun-

denuncient, niſi id tridui ſpatio ad ſummum præſtiterint, eorum ſe curationi defuturos: congruum enim eſt, vt in corporis infirmitate de animæ ſalute cogitetur, cum ſępiſsimè corporalis infirmitas à peccatorum contagio proueniat. Medici Parochum etiam curabunt certiorem reddi de eo, qui in eius Parochia morbo affectus tenetur, vt ſpiritualibus remedijs opportunè occurratur.

Pius V. in Conſtit. incip. ſupra gregé. in vet. buſſ. 32.

Hortamur deniq. omnes, quibus aliqua infirmorum cura demandatur, vt nullam omittant occaſionem inculcandi ægrotis ea, quæ ad animæ pertinent ſalutem; caueantq. ne dum corporis affectant ſanitatem, ſupremum pariant animæ detrimentum.

Confeſſarij attentè, ac patienter omni perſonarum exceptione remota pœnitentes audiant, dum peccata recenſent, ſtudeantq. confirmare vacillantes, rudes inſtruere, tepentes excitare, timidoſque ad ſpem ſalutis erigere. Aduertant, ne importunis, impertinentibus, ſcrupuloſis, otioſiſque interrogationibus pœnitentes deterreant,& ſimplices præſertim pueros, puellaſq. ac cœteros rudes, in eo, quod ignorant, interrogando inſtruant.

In reprehendẽdis peccatis prudenter, grauiterq. ſe gerant: non ità remiſſi ſint, vt in abſoluendo facilitas peccandi nutriat licentiam,nec ita ſeueri, atq. exaſperantes, vt erubeſcentia vnius peccati in pœnitentibus cæterorum ſilentium periculosè inducat; ſed amabili ſermone animum confitentibus addant ad aperiendas mortales integrè culpas.prouidam tamen ſeueritatem, atq. in differenda, vel neganda indignis abſolutione conſtantiam cautè adhibeant.

Dum grauiora audiunt peccata, nulla indiſcretæ admirationis ſigna oſtendant, nè in circumſtantium animos ſuſpicionis,ac ſcandali occaſionem inducant, videlicet ſuſpirando, ſignando ſe cruce, caput agitando,

tando, vel diſtorquendo; ſed ſuo loco, & tempore completa confeſsione oleum, & vinum in Christiana correctione diſcretè adhibeant.

cap. diſciplina. 45. diſtin.

In pœnitentijs iniungendis non ſint nimiũ mites, nimiumue ſeueri, ſed pro peccatorum qualitate, & dolore iuxta pœnitentium ætatem, ſtatum, ac conditionem ſalutares imponant pœnitentias, quæ à vitijs, non à Confeſsione deterreant.

Sacramentalis confeſsio ſolũmodo inter præſentes, ſcilicet Confeſſarium, & pœnitentem fiat. Per litteras, nuncios, aut aliter fieri nulla poſsit ratione; Immo ſi quis id licere etiam diſputatiuè ſenſerit, aut docuerit, vel ad Praxim reuocare auſus fuerit, excommunicationis cenſuram ipſo facto nõ ſolum ſe nouerit incurſurum, à qua non niſi ab ipſomet Romano Pontifice poterit abſolui; verum etiam alijs ſeueriſſimis pœnis arbitrio noſtro infligendis ex Decreto ſupremæ Inquiſitionis Vrb. Romani etiam Pontificis accedente conſenſu punietur.

Decretum fel. rec. Clem. 8. & officij S. Inquiſit. vrbis. 19. Iulij. 1602.

Die 9. Ianua. 1601; & vigeſima ſexta Nouemb. 1602. & 7. Ianuarij. 1615.

Et vt ab omnibus vnus, & idem ritus in abſolutione ſeruetur; infraſcriptum ab omnibus Diœceſis noſtræ Confeſſarijs ſeruari mandamus.

Pœnitentia impoſita, dicat Sacerdos: Miſereatur, &c. Indulgentiam, abſolutionem, &c. Et manum dexteram ſuper caput confitentis extendens dicat.

Dominus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat; & ego auctoritate ipſius mihi conceſſa abſoluo te in primis à Vinculo excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti (In abſolutione Sæcularium omittat, verbum ſuſpenſionis) in quantum poſſum, & tu indiges. Item eadem auctoritate abſoluo te à peccatis tuis. In nomine Patris, & filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Poſtea ſublata manu dicat.

Paſsio D. N. I. Chriſti, & merita B. M. ſemper Virginis, & omnium Sanctorum, & quidquid beneferis,

Digitized by Google

ceris, & mali ſubſtinueris, ſit tibi in remiſsionem peccatorum tuorum, in augumentum gratiæ, & prœmium vitæ æternæ. Amen. Vade in Pace.

In articulo mortis breui hac forma vtatur. Ego te abſoluo ab omnibus cenſuris, & peccatis. In nomine Patris, & Filij. &c.

Si abſoluendus ſit publicè excommunicatus, præcedente ſatisfactione, vel cautione cum iuramento de ſatisfaciendo, abſolutio pariter debet eſſe publica ad fores eccleſiæ in forma eccleſiæ conſueta cum Pſalmo. Miſerere mei. &c. percutiendo videlicet virga in quolibet verſu ſuper humerum viri denudatum dicat.

Dominus Noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, & ego auctoritate ipſius, & Sanctiſsimi D. N. Papæ, vel Reuerendiſsimi Epiſcopi mihi conceſſa Abſoluo te à Vinculo excommunicationis, in quam incurriſti propter tale factum, vel cauſam &c. Et reſtituo te communioni, & vnitati fidelium, & Sanctis Sacramentis Eccleſiæ. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. eademq. abſoluendi forma vtatur in abſolutionibus ſecretis exprimendo cauſam nec non in Iubilæis incipiendo à verbis illis. Dominus noſter &c.

Si Pœnitens ſit ſuſpenſus, vel interdictus, vtatur hac forma. Ego abſoluo te à vinculo ſuſpenſionis à te incurſæ, vel interdicti propter tale factum, vel cauſam (& hic exprimatur cauſa) quam, vel quod incurriſti, vel incurriſſe declaratus es. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Si autem fuerit irregularis, hanc adhibeat formam; poſtquam abſoluerit à peccatis, addat. conſequenter, & eadem auctoritate, vel auctoritate D. N. Papæ, vel Reuerendiſſimi Epiſcopi in hac parte mihi commiſſa diſpenſo tecum ſuper irregularitate, vel irre-

irregularitatibus (ſi plures ſint) in quam, vel in quas ob talem, vel tales cauſas (eas exprimendo) incurriſti, & habilem reddo, & reſtituo te executioni ordinum, & officiorum tuorum. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Si nullum habet ordinem, dicatur. Et habilem reddo te ad omnes ordines ſuſcipiendos, (vel etiam ad alia, iuxta tenorem mandati, & in caſu reſtitutionis tituli, vel fructuum malè perceptorum ſubiungat) Et reſtituo tibi titulum, (ſeu titulos) beneficij, (ſeu beneficiorum) & condono tibi fructus male perceptos. In nomine Patris. &c.

Caueant denique Confeſſarij omnes, vt ea omnia, quæ in confeſsione tam mortalia, quam venialia peccata audiuerint, in perpetuum ſub ſigillo cuſtodiant; certa enim eſt de iure diuino, naturali, ac eccleſiaſtico huius ſigilli obligatio; ità vt propter nullam cauſam, etiam ſi de vniuerſa totius ſalute Reipublicæ agatur, non poſſit confeſſarius peccata reuelare pœnitentis, niſi de eiuſdem pœnitentis conſenſu, & licentia, atq. ad illius vtilitatem. quòd ſi aliquis Confeſſor in noſtra Diœceſi Confeſsionem Sacramentalem aliquo verbo, ſigno, vel ſcripto manifeſtare auſus fuerit, non ſolum pœnam priuationis in perpetuum, verum alias in iure appoſitas pœnas ſe nouerit incurſurum. Cõfeſſarij denique pœnas à fel. rec. Gregorij XV. contra ſollicitantes in confeſsione comminatas non obliuiſcantur, quarum tenorem ad omnem ignorantiæ excludendũ prætextum hic regiſtramus.

Concil. Magutinen. de Penitentiis, & remiſſionibus.

## GREGORII XV.

AD perpetuam rei memoriam. Vniuerſi Dominici gregis curam, quamquam immeriti, cæleſti diſpoſitione gerentes, ſedulò inuigilare tenemur, vt ab omnibus prauis contagijs cõſeruetur immunis,

mul-

multoque maiori ſtudio prouidere, vt omnis peſtis ab ijs auertatur, quibus alios ſanandi officium eſt commiſſum, ne quod Euangelica ſcripta nos admonent, ſale infatuato non ſit in quo ſaliatur, & ad nihilum proſit vltra, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Quoniam autem à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris quibuſdam in locis prouiſum fuit, vt impium, ac nefandum ſcelus, quod non ſolum inter Chriſti fideles non eſſe, ſed nec etiam nominari debet, procul ab ijs arceatur, videlicet, vt aliquis Sacerdos ad ſacras audiendas confeſſiones deputatus, ſacroſancto pœnitentiæ Sacramento, ſollicitando pœnitentes ad turpia abutatur, ac pro medicina venenum, pro pane aſpidem porrigat, & ex cæleſti medico infernalis veneficus, ex patre ſpirituali proditor execrabilis animarum reddatur: idcirco Nos ea, quæ his pernicioſiſsimis diaboli inſidiis arcendis certis locis ſalubriter conſtituta ſunt, vt nullibi deſiderentur, quantùm ex alto conceditur, prouideñ duximus. Aliàs ſiquidem à fel. recor. Pio Papa IIII. prædeceſſore noſtro emanarunt litteræ tenoris ſubſequentis, videlicet, Pius Papa IIII. Venerabili Fratri Archiepiſcopo Hiſpalen. in Regnis Hiſpaniarum hæreticæ prauitatis Inquiſitori Generali. Cum, ſicut nuper non ſine animi noſtri moleſtia accepimus, diuerſi Sacerdotes in Regnis Hiſpaniarum, atque etiam in eorum Ciuitatibus, & Diœceſibus curam animarum habentes ſiue eam pro alijs exercentes, aut aliàs audiendis confeſsionibus pœnitentium deputati in tantam proruperint iniquitatem, vt Sacramento Pœnitentiæ in actu audiendi confeſsiones abutantur, nec illi, & qui id inſtituit Domino Deo, & Saluatori noſtro IESV CHRISTO iniuriam facere vereantur, mulieres videlicet pœnitentes ad actus inhoneſtos, dum earum audiunt confeſsiones alli-

alliciendo, & prouocando, ſeu allicere, & prouocare tentando, & procurando, ac loco earum per Sacramentum huiuſmodi Creatori noſtro reconciliationis grauiori peccatorum mole eas onerando, & in manibus diaboli tradendo, in Diuinæ Maieſtatis offenſam, & animarum perniciem, Chriſti fidelium ſcandalum non modicum. Nos in animum inducere nequeuntes, quòd qui de Fide Catholica rectè ſentiunt Sacramentis in Eccleſia Dei inſtitutis abutantur, aut illis iniuriam faciant, Fraternitati tuæ de eximia pietate, virtute, atque doctrina plurimum in Domino confidimus, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus per te, vel per alium, ſeu alios à te deputandum, ſeu deputandos contra omnes, & ſingulos Sacerdotes dictorum Regnorum, ac illarum Ciuitatũ, & Diœceſium de præmiſſis quomodolibet diffamatos, tam ſeculares, quàm quorumuis etiam exemptorum, ac Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectorum Ordinum Regulares cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ exiſtant, tam ſuper præmiſſis, quàm ſuper Fide Catholica, & quid de ea ſentiant, diligenter inquiras, & iuxta facultatem tibi contra hæreticos, aut de hæreſi quouis modo ſuſpectos à Sede Apoſtolica conceſſarum continentiam, & tenorem procedas, ac culpabiles repertos iuxta exceſſuum ſuorum qualitates, prout iuris fuerit, punias, eos etiam, ſi, & prout de iure fuerit faciendum, debita præcedente degradatione ſecularis Iudicis arbitrio puniendos tradendo. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Eccleſiarum, & Monaſteriorum, nec non Ordinum quorumlibet, quorum ipſi Sacerdotes fuerint, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, &

conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuſcunq. tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam Motu proprio, aut aliàs quomodolibet conceſſis, etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis. Quibus omnibus eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæterisq; contrarijs quibuſcunque. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die xvj. Aprilis M.D.LXI. Pontificatus Noſtri Anno ſecundo. Igitur vt literæ prædictæ perpetuis futuris temporibus, & vbique locorum inuiolabiliter obſeruentur, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtra, ac de conſilio venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium contra hæreticam prauitatem generalium Inquiſitorum præinſertas literas huiuſmodi, ac omnia, & ſingula in eis contenta Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſq; omnibus, & ſingulis inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, illaſq. non ſolùm in prædictis Regnis Hiſpañ. ſed in quibuſuis Chriſtiani Orbis partibus firmiter, & inuiolabiliter obſeruari præcipimus, & mandamus. Ac præterea, ne in futurum de pœna his delinquentibus imponenda, & de modo contra eoſdem procedendi ab aliquo dubitari poſſit, ſtatuimus, decernimus, & declaramus, quòd omnes, & ſinguli Sacerdotes, tam ſæculares, quàm quorumuis etiam quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectorum ordinum, inſtitutorum, ſocietatum, & Congragationum Regulares cuiuſcunque dignitatis, & præeminentiæ, aut quouis priuilegio muniti exiſtant, qui perſonas, quæcunque illæ ſint, ad inhoneſta, ſiuè inter ſe, ſiuè cum alijs quomodolibet perpetranda in

actu -

aƐtu Sacramentalis confeſsionis, ſiuè ante, vel poſt immediatè, ſeu occaſione, vel prætextu confeſſionis huiuſmodi, etiam ipſa confeſsione non ſecuta, ſiuè extra occaſionem confeſsionis in confeſsionario, aut in loco quocunque, vbi confeſsiones Sacramentales audiantur, ſeu ad confeſsionem audiendam electo, ſimulantes ibidem confeſsiones audire, ſollicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſiuè tractatus habuerint, in Officio Sanctæ Inquiſitionis ſeueriſsimè, vt infra puniantur. Et præterea omnes hæreticæ prauitatis Inquiſitores, & locorum Ordinarios omnium Regnorum, Prouinciarum, Ciuitatum, Dominiorum, & locorum vniuerſi Orbis Chriſtiani in ſuis quenque Diœceſibus, & Territorijs, per has noſtras literas etiam priuatiuè quo ad omnes alios ſpecialiter, ac perpetuò Iudices delegamus, vt ſuper his contra prædictos ſimul, vel ſeparatim in omnibus, prout in cauſis fidei, iuxta Sacrorum Canonum formam, necnon Officij Inquiſitionis huiuſmodi conſtitutiones, priuilegia, conſuetudines, & decreta diligenter inquirant, & procedant, & quos in aliquo ex huiuſmodi nefarijs exceſſibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate, & circumſtantijs, ſuſpen̄ ab executione ordinis, priuationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcūque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, nec non vocis actiuæ, & paſsiuæ, ſi regulares fuerint, exilij, damnationis ad triremes, & carceres etiam in perpetuum abſque vlla ſpe gratiæ, aliasq. pœnas decernant, eos quoque, ſi pro delicti enormitate grauiores pœnas meruerint, debita præcedente degradatione Curiæ ſæculari puniendos tradant. Dantes etiam facultatem Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus generalibus Inquiſitoribus, nè delictum tam

enorme, & Eccleſiæ Dei tam pernicioſum remaneat ob probationum defectum impunitum, cum difficilis ſit probationis, teſtibus, etiam ſingularibus, concurrentibus præſumptionibus, indicijs, & alijs adminiculis delictum probatum eſſe arbitrio ſuo iudicandi, & curiæ ſeculari, vt præfertur, reum tradendum eſſe pronunciandi. Non obſtañ. omnibus, quæ dictis prædeceſſor in ſuis literis prædictis voluit non obſtare, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Mandantes omnibus Confeſſarijs, vt ſuos pœnitentes, quos nouerint fuiſſe ab alijs, vt ſuprà ſollicitatos, moneant de obligatione denunciandi ſollicitantes, ſeu, vt præfertur tractantes, Inquiſitoribus, ſeu locorum Ordinarijs prædictis, quòd ſi hoc officium prætermiſerint, vel pœnitentes docuerint non teneri ad denunciandum Confeſſarios ſollicitantes, ſeu tractantes, vt ſupra ijdẽ Ordinarij, & inquiſitores illos pro modo culpæ punire non negligant. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis etiam impreſsis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in iudicio, & extrà vbique habeatur, quæ præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, quodque eædem præſentes literæ, ſeu illarum exempla ad valuas Baſilicarum S. Ioannis Lateraneñ, ac Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ affixæ omnes ita arctent, & afficiant, ac ſi vnicuique perſonaliter intimatæ fuiſſent. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris, die xxx. Auguſti M. DC. XXII. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

*S. Card. S. Suſanna.*



Digitized by Google

## De ſanctiſsimo Euchariſtiæ Sacramento. Cap. V.

SAcroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum, in quo Chriſtus verus Deus, & homo verè, realiter, & ſubſtantialiter continetur, aliorum digniſſimum, ac nobiliſsimum amantiſsimus noſtri Saluator, diſceſſurus ex hoc mundo ad Patrem inſtituit, vt ſui ergà nos amoris vbertatem, diuitiaſq. oſtenderet, ac in ſpirituali interioris hominis cibo futuræ gloriæ, ac perpetuæ felicitatis noſtræ certiſſimum pignus nobis relinqueret. Conc. Trid. ſeſſ. 13. c. 1. & 2.

Ideò volumus, & mandamus, vt quammaxima fieri poteſt fide, honore, ac reuerentia in maiori, ſeu in alio ad hoc deſtinato cuiuslibet Cathedralis, Collegiatæ, ac Parochialis Eccleſiæ altari in decenti Pixide argentea intus deaurata intra tabernaculum vnà cum quinque ſaltem conſecratis particulis diligenter, atq. deuotè ſub claui aſſeruetur. Vnica verò ſaltem lampas ſemper die noctéq. ante ipſum ardeat ſub poena iuliorum decem pro qualibet vice pijs vſibus applicandorum: altera Pixis ſimilis pro communicandis infirmis conopeolo operta, nè ingruentis pluuiæ, aut ventorum iniurias per viam pati poſſit, ibidem ſemper maneat, nè tabernaculum ſine Sacramento relinquatur, atque vt expeditius ad infirmos Viaticum deferatur. tabernaculum verò, in quo ſanctiſsimum hoc conſeruatur Sacramentum, ſit optimè ſera, clauiq. munitum, ac decenter ornatum, interiuſq. panno holoſerico coopertum: & ibidem corporale ſubſternatur, vt ſuper eo Pixides collocatæ mundæ cuſtodiantur.

Particulæ conſecratæ quincto quoque die, vel ad ſum-

ſummum octauò, ſi neceſsè fuerit, renouentur. Dum autem ſanctiſsimum hoc ſacramentum miniſtratur, omnis cura ac diligentia adhibeatur, nè tanti ſacramenti fragmenta depereant. ideò particulas conſecratas extra Pixidem non exponant Sacerdotes, qui communicant, ſed patenam inter digitos manus ſiniſtræ teneant, illamq. diſpenſandis particulis aptè ſupponant. plerunq. enim ex digitorum confricatione, barbæ impedimento, communicantium halitu, alijſq. huiuſmodi accidentibus Angelici huius panis fragmenta in terrã poſſent decidere, ſi patena vel Pixis opportunè non ſupponatur.

Parochi, cum ſanctiſsimam Euchariſtiam ad ægrotos deferunt, ſuperpelliceum, ſtolam candidam, pluuialeq. induant: & ſi commodè fieri poſsit, vmbellam adhibeant, & velum holoſericum ſuperhumerale amplum geſtent luminibus, atq; intorticijs pluribus comitati: & clericus tintinnabulum pulſans præcedat cotta amictus.

Vaſculum inſuper decorum, ac mundum cum aqua benedicta ſecum deferant, habeantq. ſemper Romanum Rituale, cuius formam in omnibus ad vnguem ſeruabunt.

Cum autem deferendum erit, ſi tempus patiatur, Parochus prius ad ægroti domum accedat, aut alium tranſmittat, qui diligenter curet, vt domus emundetur, ſordeſq; omnes amoueantur, ac locus quammaximè ornetur, ibiq. menſa parua præparetur mappis, ſeu tobaleis mundis cooperta, ſuper qua ſacra imago ponatur cum duobus candelabris accenſos cereos continentibus, vt ibi extenſo prius corporali ſanctiſsimum collocari poſsit ſacramentum. Vt verò Confratres ſocietatis Corporis Chriſti, alijq. de Parochia fideles conuenire poſsint ad proſequendum

ſacra-

ſacramentum, campana eccleſiæ pulſata omnes prius commoneantur. quibus congregatis Sacerdos, vt ſuprà, indutus accedat ad altare, ibiq; genuflexus aliquantisper orabit; poſtea ſumma cum religione, grauitate, ac reuerentia incedens ſanctiſſimum Chriſti corpus oculis in eo ſemper intentis ad communicandum infirmum deferat. interim verò hymni vel pſalmi in honorem ſanctiſsimi Sacramenti, aut pro ægrotantis ſalute ſpirituali recitentur. Ægroto denique ſacra cõmunione refecto ſtatim ad eccleſiam reuertatur, vt ſuprà, aſſociatus, ſacramentoq; ſuper altari maiori repoſito populum aſſociantem benedicat, eiq; emeritos pro exhibito munere Indulgentiarum theſauros annunciet, & poſtremò infirmum orationibus aſtantium enixè cõmendans ſacratiſſimam Euchariſtiam in conſueto tabernaculo reuerenter recondat.

Si verò per loca inuia, cœnoſa extra Ciuitatem, & oppida deferri cõtigerit Sacramentum, ægroto longè admodum remoto ab Eccleſia; tunc omiſſo apparatu prædicto Parochus ſuperpelliceo, & ſtola indutus præcedente ſaltem vna laterna vnicam tantum in vaſculo ad id aptè comparato particulam aſſumat. præfatum verò vaſculum ità claudatur, vt etiam ipſo prolabente particula exire nequeat: deindè in ſericeo ſacculo habente pariter funiculos holoſericos, quibus deferentis collo appendi poſſit, cautè recondatur.

Cum autem ægrotum communicauerit, ad Eccleſiam ſine aliqua cæremonia, extinctis luminaribus, & depoſita ſtola vaſculum inane palàm deferens ſubitò reuertatur.

Hortentur prætereà Parochi populum ad frequentem ſalutaris huius Sacramenti ſumptionem curentque diligenter, vt iuxta Eccleſiæ præceptum quilibet in Paſchatis ſolemnitate, ſcilicet à Dominica Palma- c. omnis vtriuſque. de pœnit. & remiſſ.

rum

Conc. Trid. ſeſſ. 13. c. 9.

rum vſq. ad octauam Paſchatis præuia peccatorum ſuorum confeſsione in propria Parochia Sacramentũ deuotè ac reuerenter ſuſcipiat.

1 c. pro dilectione. c. ſcænicis de Conſec. diſt. 2.

1 Hiſtriones, vſurarij, concubinarij, meretrices, excommunicati, interdicti, & notorio crimine damnati ab hoc cœleſti Angelorum pane prorſus arceantur, donec de purgata infamia, aut abſolutione ſuſcepta, Curiæ noſtræ teſtimonium adduxerint.

Vt autem dignoſcantur illi, qui Euchariſtiæ Sacramentum hoc præſtituto tempore ſumpſerint, vel non ſumpſerint, quilibet Parochus poſt initium quadrageſimæ ſtatum ſubditarum ſibi animarũ in peculiari libro, Parochianorum omnium nomina, ætatem, ac ſexum inquirendo, oſtiatim deſcribat: deindè paſchali tempore communicantibus det ſignum, ſigillum, vel ſchedulam aliquam, quam peractis paſchalibus ipſemet recuperabit diligenter adnotans in ſchedula eorum nomina, qui ad communionem non acceſſerint; eandemq. ſchedulam, ſeu notam quamprimum ad nos, ſeu Vicarium noſtrum tranſmittat, vt Eccleſiaſticis contrauenientes præceptis debitis pœnis mulctentur. ſi verò in ſua duritie, ac inobedientia diabolicè perſeuerauerint; viuentes ab Eccleſiæ ingreſſu arceantur, & defuncti chriſtiana careant ſepultura. huic autem præcepto illos non ſatisfacere declaramus, qui in aliena Parochia communionem ſuſceperint: ſicuti contrà ab huius præcepti obligatione illos abſoluimus, quos vel rationabilis cauſa à nobis approbata, vel vrgens eximit neceſſitas.

Parochi omnes ſcamna oblonga ad ſacræ communionis vſum deſtinata, tobaleiſque, ſeu mappis mundis, ac decentibus cooperta ante altare, non per longitudinem Eccleſiæ ponant, vt ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum decentius, ac ſine ſcandalorum

periculis

periculis miniſtretur.

Ad confuſionem verò euitandam primum mares, deindè fœminæ communicentur; vel duo menſarum ordines,non tamen diſtantes præparentur, vnus pro Viris, alter pro fœminis. qui verò ſe temerè inter aliorum ſexum promiſcuerit, cum illis non communicetur, ſed quilibet ſuo in loco ſacram ſumat ſynaxim: cereiq. accenſi ità collocentur, vt Sacramenti miniſterium non impediatur.

Ad tollendam opinionem credentium ſub vtraque ſpecie communicari,purificationem præberi laicis in calice prohibemus: ſed quilibet Parochus habeat vas, ſeu cyathum vitreum, quod ad ſolum hunc vſum deſtinatum decenti loco ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis eo ipſo incurrenda conſeruari teneatur.

Nè autem pueri, & puellæ ad eam ætatem iam prouectæ,in quà ſunt habiles ad ſanctiſſimum euchariſtiæ ſuſcipiendum ſacramentum, ob parentum negligentiam pretioſiſſimo hoc theſauro diutius,quam par eſt, priuentur; iniungimus Parochis, vt eoſdem pueros ac puellas iuſta vniuſcuiuſq. captum diligenter de diuini huius ſacramenti myſterijs inſtruant: realem corporis, & ſanguinis, animæq; ac diuinitatis D. N I. Chriſti præſentiam edoceant: vberrimos, ac profluentes ab inexhauſto hoc diuinitatis fonte gratiarum riuulos inſinuent: requiſitas, ac tanto ſacramento dignas humilitatis, reuerentiæ, atq. animi candoris virtutes indicent: ſupplicia denique ad ſacratiſſimum hoc Angelorum conuiuium indignè accedentibus deſtinata indicant. Neminem tamen ad primam communionem admittant, niſi tres ſaltem continuatas eiuſdem confeſsiones audiuerint.

In ſolemnioribus autē ſupplicationibus vas oſtenſorium, in quo pretioſiſſimus diuinitatis theſaurus

reconditur, cryſtallis purioribus circumſeptum, ac quam decentiſſimè ſit ornatum. lunella verò extrahi commodè poſsit, nè dum ſacra in eo reponitur hoſtia, vel indè amouetur, infringatur. fragmenta tamen ſi decidant, ſuper patena recolligantur, & in pixide reponantur.

Sacerdos, qui Euchariſtiæ ſacramentum miniſtrauerit, digitos in vaſculo vitreo aqua purificet, & purificatorio abſtergat: eamq; purificationem vel ipſe aſſumat, aut alijs ſumendam præbeat, aut in diem ſequentem conſeruet.

Cærem. Epiſc. lib. 2. cap. 33.

In ſupplicationibus ſacerdos dignior deferat ſacramentum: alij verò omnes tam ſeculares quam regulares deuotè, ac concinnè pſallant. ioci, riſus, colloquia excludantur. laici vel pſalmos cantent, vel tacitè orent. viæ, per quas ſanctiſsimum tranſit ſacramentum, non modo à puluere, & ſordibus emundentur, ſed floribus, ac virentibus folijs ſternantur, & parietes aulæis, atq. omni alio decenti apparatu exornentur.

Particulæ conſecratæ ſint rotunditatis ſaltem vnius iulij, & à fragmentis ſeparatæ.

Illæ, quæ ſunt conſeruandæ de die ad diem in hebdomada ſancta, vel pro communionibus generalibus, non in corporalibus collocentur, ſed in pixidibus, vel calicibus optimè abſterſis, & occluſis, ac in tabernaculis claue, feraq; munitis ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto incurrenda cuſtodiantur. In patenis verò, vel calicibus ſex ad ſummum particulæ conſecratæ reponantur: ſed ad euitanda pericula in pixidibus aſſeruentur.

Quolibet die Veneris menſis Martij ſacramentum per horam ante completorium exponatur in hac Ciuitate noſtra, & in alijs Diœceſis noſtræ Parochiali-

bus,

bus, ſexque, vel quatuor ſaltem cerei vnà cum octo luminibus Confraternitatis ſanctiſsimi eiuſdem Sacramenti ſumptibus ſuccendantur: & vbi plures fuerint Parochiales, ſingulis hebdomadibus in earum aliqua mutuis vicibus ſemel exponatur, & finito completorio, hymno Pange lingua &c. decantato vnà cum verſiculo Panem de cœlo &c. & oratione ſolita, Deus qui nobis &c. data benedictione reponatur. Qui verò adfuerint, tam Clerici, quam Laici genuflectant: ſi verò id infirma non patiatur valetudo, omninò tamen detecto capite, & ſedentes reuerenter aſsiſtant. & vbi ſolet fieri proceſsio in talibus diebus mane, illam pro maiori Populi commoditate ad horam prædictam traſferimus. Tam in hac noſtra Ciuitate, quam in quolibet noſtræ Diœceſis loco ſemel in anno fiat pariter oratio quadraginta horarũ, ſcilicet, poſt Veſperas Dominicæ Paſsionis D. N. I. Chriſti. vel palmarum iuxta locorum conſuetudinem omni meliori modo ſumptibus ſocietatis ſanctiſsimi eiuſdẽ Sacramenti. & vbi facultates eiuſdem ſocietatis non ſuppetant, aliæ ſocietates illius tenuitatem competenter coadiuuent: vel in gyrum quolibet anno ab aliqua ipſarum ſemel perficiatur, ſeruata tamen forma edicti inferius regiſtrandi. in ijs verò locis, quæ hactenus hoc laudabili carent inſtituto, tam ſalutare opus omninò introducatur.

## *De Miſſarum celebratione.* Cap. VI.

IN Sacerdotibus, qui ad ſacroſancti ſacrificij miniſterium ex hominibus aſſumuntur, pietatem, ac religionem, cæteraſque chriſtianas virtutes vehementiſsimè optamus. quarè, vt pro ſua, populiq; ſalute diuinum Miſſæ ſacrificium dignè, ac ſalubriter

Deo offerre poſsint, curam præcipuam adhibeant, vt in via Domini virtutum omnium radijs coruſcantes alijs præcedant.

Nè in Miſſæ celebratione aliquid occurrat, quod aſtantium animos, menteſque perturbet, quilibet ſacerdos in neceſſarijs rebus prouidendis omnem adhibeat diligentiam: maioremq; ſedulitatem in ijs, quæ legenda ſunt, præuidendis vſurpet, vt ea omnia expeditè, atq; ſine hæſitatione legat. omnes verò Miſſæ partes, antequam ad Altare accedat, ſignaculis adnotabit, nè in illis inquirendis tempus conterat, errandiq. periculũ ſubeat, & aſtantibus ſcandalum pariat. Præ cæteris tamen diligenter curet, nè nimia celeritate deuotionem impediat, neuè nimia tarditate faſtidium afferat.

Hoſtijs vtatur ex puriori tritico, candidis, illæſiſq; non autem obſoletis, aut nimium vetuſtis. viuium ſit album, dummodò commodè haberi poſſit, defæcatum, non autem acidum, aut aliàs quomodolibet corruptum. nihil deniq; prætermittat, quod ad ſacrificium ritè ac piè peragendum deſiderari poſſit.

De Conſecratione diſt. 1. cap. 38. 39 41. 42.

In Eccleſijs Ruralibus, & campeſtribus, quæ clauibus, portiſq; non clauduntur, vel quæ non habent decentia altaria neceſſarijs requiſitis prouiſa, nemo celebrare præſumat: nec earum Rectores alios celebrare permittant ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis. Altaria verò portatilia de Eccleſia ad Eccleſiam ſine noſtra facultate non transferantur.

Sacris veſtibus, corporalibus, pallis, purificatorijs, alijſq; ornamentis non ſordidis, neq; attritis, aut vetuſtate corroſis, ſeu conſumptis, ſed honeſtis vtatur, eorumque colorum, quibus Eccleſia pro ratione temporum vtitur.

Antequam verò ſuis veſtibus ſe induat Sacerdos, ſeme-

ſemetipſum piè, ac deuotè colligat, & ante Crucifixi imaginem proſtratus myſteria, quæ tractaturus eſt, iugi meditatione conſideret, ac præparatorias orationes in Miſſali præſcriptas recitet. deindè non ſolum amictum, albam, cingulum, manipulum, orarium ſeu ſtolam, & caſulam ſeu planetam ſuperinduat; ſed talarē quoq; 1 veſtem clericalem geſtare teneatur. illud autem curet, vt collaria vndiq; tegantur: quæ tamen nulla ratione deponat. ſimiliter ſtudeat, vt alba æqualiter diffluat, ſtolamq; & planetam cordulis in eiſdem appenſis benè firmet, vt ſtola à ſudore munda conſeruetur, & planeta retrò non dilabatur. 1 c. veſtimenta. de Conſecr. diſt. 1.

Cum ſacris veſtibus fuerit indutus, cum nemine ſine vrgenti neceſſitate confabuletur, neque per ſacrarium indecorè diſcurrat; ſed mentem ad tanti ſacrificij myſteria reuerenter conuertat, annulumque, ſi quem habet, deponat.

Ad altare celebraturus, bireto cooperto capite, demiſſis oculis, inceſſu graui, & compoſito, ac præcedente, ſi fieri poſsit, miniſtro Clerico ſuperpelliceo induto, nemineque ſalutato accedat.

Si verò ante ſanctiſſimum Sacramentum, non tamen expoſitum tranſeat, genibus flexis, & cooperto capite: ſi verò ſi expoſitum, vel ab alio Sacerdote celebrante eleuetur, detecto capite illud reuerenter adoret: ad altaria verò, in quibus celebratur, tantummodò ſe profundè inclinet.

Cum ad altare peruenerit, biretum, atque alia huiuſmodi ſuper altare nulla prorſus ratione deponat, ſed tradat miniſtro, qui neq; præfatum biretum, neq; vaſa pro aqua, & vino, neq; cyathos pro communicati purificatione, neq; ampullas pro Miſſæ celebratione ponere ſuper altare præſumat: ſed eaſdem manibus tenendo Sacerdoti porrigat, à quo reſtitutas

accipiet,

accipiet, nè tobaleæ vino deturpentur, & puriſſima Domini noſtri menſa inquinetur.

Poſteà corporale ſuper altare portatile, conſecratum diſponat, & ſuper eo calicem conſtituat coopertum velo, quod in oblatione plicatum extra corporale deponat, ac Miſſale aperiat. interim verò caueat, nè aliquem expectet: indignum eſt enim Sacerdotem ad tantum ſacrificium iam paratum humanis deſeruire voluntatibus.

His peractis ad inferiorem altaris gradum deſcendat, ibiq; ſi adſit Sacramentum, genuflectat: ſi verò non adſit, profundè ſe inclinans Miſſam inchoabit, cuius vel minimam partem repetere omninò prohibemus. Nemo cooperto capite ſine noſtra facultate audeat celebrare. in Parochialibus Sacerdos Miſſam nullius gratia differat, aut anticipet; nec ante aurorã, aut poſt meridiem, niſi in caſibus à iure permiſſis, nec niſi recitatis ſaltem matutinis horis ſacrum perficiat, niſi vrgens, & rationabilis cauſa contrarium ſuadeat.

In altaribus, quæ vicinitate inter ſe celebrantes poſſunt impedire, aut perturbare, eodem tempore plures Miſſæ non celebrentur, etiam ſi in alicuius ſancti honorem, aut defunctorum expiationem eſſent celebrandæ.

Miſſam nouam celebrare nullus audeat Sacerdos, niſi prius cæremonijs ad præſcriptum Rubricarum Miſſalis Romani per fel. rec. Clementem octauum recogniti ſit inſtructus, & à noſtro Cæremoniarum Magiſtro approbatus. ſacris veſtibus ſe domi non induat, nec minus ſub baldachino proceſsionaliter à Clero & populo aſſocietur; ſed in ſacrario more ſolito ad Miſſæ celebrationem ſe præparet ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis ipſo facto incurrenda: nec extra Diœceſim, Ciuitatem, vel Terram, vbi domicilium tenet, prima

habeat

**habeat Miſſarum ſolemnia, niſi deuotionis cauſa, eliminatis quæſtus, ac auaritiæ occaſionibus, Miſſam planam cum noſtra licentia voluerit celebrare.**

In oblatione, quæ in eadem Miſſa fieri conſueuit, nouus Sacerdos nemini manum, aut patenam porrigat deoſculandam: nec minus ſe tunc à matre complecti, aut ſibi in capite coronam imponi vllatenus ſub eiſdem pœnis patiatur.

Conuiuia, choreas, ſonos, viles ludos, atq; alia huiuſmodi repreſentari profana, quamdiù menſæ accumbunt noui Sacerdotes, omninò ſub pœnis arbitrio noſtro incurrendis prohibemus.

**Idem ibid. de obſer. & euit. in celebr. miſſ.**

Alienæ Diœceſis Presbyteri, licet Regulares, ad peragendum Miſſæ ſacrificium nullatenus à quouis, licet Regularibus, admittantur, niſi commendatitias, teſtimoniales, ſiuè Dimiſſorias Ordinariorum ſuorum litteras in forma authentica ac probanti per menſem anteà ſignatas oſtenderint. eos tamen, quos loci vicinitas veros, ac fidos Sacerdotes probauit, ab hac obligatione eximimus. Nemo tamen admittatur, qui tonſuram, atq; habitum clericalem non deferat.

**Conc. Trid. ſeſſ. 23 c. 16. §. nullus.**

In Monialium Eccleſijs nullus Sacerdos abſq; noſtra, vel Vicarij noſtri generalis facultate ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis, alijſq; arbitrio noſtro irrogandis celebrare præſumat. omnibus tamen tam ſecularibus, quam Regularibus Sacerdotibus in diebus feſtiuitatis Monaſterij, aut in obitu Monialium celebrandi facultatem liberam concedimus.

Nullus in oratorijs ſodalitatum, & aliorum quorumcunq; capellis, alijſuè pijs locis, etiam Ruralibus ſacrum abſq; noſtra in ſcriptis impetrata licentia peragat.

**Conc. Trid. ſeſſ. 22 decret. de obſer. & euit. in Celeb. miſſ. §. nemini.**

Cum ſæpè diebus feſtis, in quibus Miſſa ex præcepto Eccleſiæ audienda eſt, Rectores Eccleſias proprias

deſerant,

deſerant, & ad alias in graue commiſſi ſibi gregis damnum, ac præiudicium ſe conferant, nos huiuſmodi abuſus tollere, ac ouium indemnitati prouidere cupientes mandamus omnibus, & ſingulis Rectoribus, & Curatis, nè Dominicis, alijſque feſtiuis diebus Eccleſias proprias ſine Miſſa vllo pacto ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis, ac trium Iuliorum pro qualibet vice incurrenda, relinquere præſumant.

Cum ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium celebratur, fideles, qui aſſiſtunt, ità ſe componant, vt corporis habitu animi pietatem, ac religionem præ ſe ferant, nudato capite, & genuflexi, ad ſacri Euangelij lectionem aſſurgentes. Caueant præſertim Mulieres, nè nimium altari indecorè appropinquent, & Sacerdotem perturbent: nec minus adeò longè ab altari diſtent, vt celebrantis audire, & intelligere verba nequeant: nec intra cancellos, quibus Eccleſiarum capellæ concluduntur, mulieres, ſi viri adſint, admittantur; hoc autem onus clerico miniſtranti iniungimus. Nemo autem ſacrum audiens antea diſcedat, quam Sacerdos Euangelium poſt benedictionem dici conſuetum perfecerit.

Quando autem in Cathedrali Dominicis, alijſq. feſtiuis de præcepto diebus, in Collegiatis verò in ſolemnioribus feſtiuitatibus Miſſa maior dicenda erit, Diaconus, Subdiaconus, alijq; miniſtri deſeruiant, adhibitiſq; Miſſalis, ac Cæremonialis Epiſcoporum cæremonijs, ſolemniter decantetur.

Diaconus, & Subdiaconus propter Sacramenti reuerentiam ieiuni miniſtrent: vtantur cantu Romano, eaq; quæ alta voce præcinenda ſunt, ſpatiosè, diſtinctè, apertè, ſeruato accentu, interrogatione, & pauſa ſuis locis opportunè decantent. quando autem à Diacono Euangeliũ recitatur, Seculares omnes vultu

ſemper

ſemper ad altare conuerſo aſſurgant.

Miniſtri Altaris à parte Epiſtolæ aſſideant, nec alius cum eis ſedere præſumat, ſi eorum ſcamna ab alijs ſint ſeparata.

In altari, in quo nos celebrauerimus, eodem die nullus alius celebrare præſumat ſine noſtra facultate: nec minus paramenta nobis deſtinata alius inferior induere audeat; ſicuti nobis etiam celebrantibus nullus Sacerdos è ſacriſtia ad celebrandum exibit: nec minus, ſi pontificaliter celebrare nos contigerit, Miſſæ planæ recitentur. c. fin. de Conſecrat. diſt. 2.

Ad Miſſarum, ſeu Anniuerſariorum celebrationem aſtricti obligationis ſuæ debitum adamuſſim obſeruent, nec alibi, niſi in loco ſtatuto ſacrificium Deo offerant: nec pro vno, eodemque ſacrificio plurium eleemoſynas accipiant. quam eleemoſynam non eſſe minorem vno iulio debere pro Miſſa perpetuò celebranda declaramus.

Omnes Clerici huius ciuitatis, cuiuſcunq; gradus, & conditionis ſint, nobis celebrantibus, vel alios Pontificales actus ſolemniter exercentibus, debeant cum ſuperpelliceis, habitu decenti, talari veſte, ac tonſura aſſiſtere, noſq cappa indutos cum Canonicis Eccleſiæ Cathedralis ex aula, ſeu Camera Palatij, quam ad id deſtinauimus, ad Eccleſiam progredientes comitari, & deducere, prout hactenus laudabiliter obſeruatum fuit, ac in nouo Epiſcoporum Cæremoniali diſponitur: contrauenientes verò pœnis arbitrio noſtro imponendis ſubijciantur. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. 5. & epiſc. Cærem Epiſc. lib. 1. cap. 15.

Idem verò ſeruare teneantur etiam Curati huius Ciuitatis in ſolemnioribus, etiam nobis non celebrantibus, in primis, & ſecundis Veſperis, ac in Miſſa ſolemni iuxta antiquam hactenus obſeruatam conſuetudinem.

Beneficiatos huius Cathedralis, & Diœceſis, qui ad præſcriptum ſuarum inſtitutionum tenentur tanquam Canonici inſeruire dictæ Eccleſiæ in diebus feſtis, ac proceſſionibus, alijſq; ſolemnioribus functionibus, declaramus teneri inſeruire præfatis diebus à primis Veſperis vigiliæ feſtiuitatum vſq; ad Completorium diei illarum: quæ omnia per eos ſedulò adimpleantur ſub pœnis arbitrio noſtro infligendis: inſuperq; ſi deficiant, vt alij, punctentur.

Sacroſancti Concilij Tridentini Congregationis decreta ſuper celebratione Miſſarum edita ſub Dat. Romæ 21. Iunij 1625. vt omnibus innoteſcant, hic inſeri voluimus: nè quis ignorantiæ prætextu ſuum tueatur errorem.

## Decreta S. Congregationis Concilij.

CVM ſæpè contingat, in quibuſdam Eccleſijs tàm magnum Miſſarum celebrandarum numerum ex varijs defunctorum relictis aut piorum eleemoſynis impoſitum eſſe, vt illis pro ſingulis diebus præſcriptis nequeat ſatisfieri; & tamen noua onera Miſſarum in dies ſuſcipiantur; indeque fiat, vt depereant piæ teſtantium voluntates, obſtricta benefactoribus fides violetur, defunctorum animæ ſuffragijs priuentur, Eccleſijs debitus ſubtrahatur cultus, ac Chriſti fideles graui ſcandalo affecti, plerumquè à ſimilibus charitatis operibus retrahantur: Cumq; his malis maximum inter cætera fomentum præbeat, aut quòd ij, qui Miſſas ſupra vires celebrandas ſuſcipiunt, ſperent illas breui ad pauciorem numerum à Superioribus reductum iri; aut quòd Eccleſijs, forte pecuniarum abſumpta, plerumque nuda remaneant onera Miſſarum abſque vllo emolumento; aut quòd

eleemo-

eleemoſyna pro illis celebrandis ſit adeò tenuis, vt non facilè inueniantur, qui velint huic ſe muneri ſubijcere, & redditus Eccleſiæ, aut Monaſterij adeò exigui, vt Sacerdotes pro neceſſaria ſui ſuſtentatione nouis ſe oneribus obſtringere compellantur: SACRA CONGREGATIO CARD. CONC. TRID. INTERPRETVM animaduertens, facturam ſe rem Deo gratiſſimam, charitatiq; ac Iuſtitiæ maximè conſentaneam, ſi pro viribus ſatagat hunc teterrimum abuſum è Chriſtiana Republica conuellere, atquè eradicare: S^mi D. N. VRBANI Diuina prouidentia PP. VIII. auctoritate ſibi ſpecialiter attributa, infraſcripta Decreta edidit.

Ac primò diſtrictè prohibet, atque interdicit, nè Epiſcopi in Diœceſana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel aliàs quoquo modo reducant onera vlla Miſſarum celebrandarum aut poſt idem Concilium impoſita, aut in limine fundationis; ſed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apoſtolicam Sedem recurratur, quæ, re diligenter perſpecta, id ſtatuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur. alioquin reductiones, moderationes, & commutationes huiuſmodi, ſi quas contra huius prohibitionis formam fieri contigerit, omninò nullas, atque inanes decernit.

Deindè, vbi pro pluribus Miſſis, etiam eiuſdem qualitatis, celebrandis plura ſtipendia, quantumcunque incongrua, & exigua, ſiuè ab vna, ſiue à pluribus perſonis collata fuerunt, aut conferentur in futurum Sacerdotibus, Eccleſijs, Capitulis, Collegijs, Hoſpitalibus, Societatibus, Monaſterijs, Conuentibus, Congregationibus, Domibus, ac locis pijs quibuſcunque tàm ſecularibus, quam regularibus, SAC. CONGREGATIO ſub obteſtatione Diuini Iudicij mandat

ac præcipit, vt abſolutè tot Miſſæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint; itàut alioquìn ij, ad quos pertinet, ſuæ obligationi non ſatisfaciant; quinimò grauiter peccent, & ad reſtitutionem teneantur.

Id verò vt deinceps obſeruetur exactiùs, SAC. CONGREGATIO eadem auctoritate reuocat priuilegia, & indulta omnia quibuſuis perſonis, Eccleſijs, ac locis pijs, tam ſecularibus, quam regularibus, cuiuſcunque Ordinis, Congregationis, & Inſtituti, quamcunque ob cauſam conceſſa, quibus indulgetur, vt certarum Miſſarum, vel Anniuerſariorum celebratione, aut aliquibus collectis, ſeu orationibus, pluriũ Miſſarum oneribus in futurum ſuſcipiendis ſatisfiat.

Ac ſimiliter, omne damnabile lucrum ab Eccleſia remouere volens, prohibet Sacerdoti, qui Miſſam ſuſcepit celebrandam cum certa eleemoſyna, nè eamdẽ Miſſam alteri, parte eiuſdem eleemoſynæ ſibi retenta, celebrandam committat.

Prætereà, nè in Eccleſijs, in quibus onera Miſſarũ in perpetuum impoſita ſunt, Sacerdotes in eis, vt par eſt, adimplendis eò tepidiores, ac ſegniores reddantur, quòd onera huiuſmodi cum nulla, aut parua ſint vtilitate coniuncta; ſtatuit, atque decernit, vt pecuniæ, ac bona mobilia Eccleſijs, Capitulis, Collegijs, Hoſpitalibus, Societatibus, Congregationibus, Monaſterijs, Conuentibus, ac locis omnibus tàm ſecularibus, quàm regularibus, atque illorum perſonis in futurum ſimpliciter acquirenda cum onere perpetuo Miſſarum celebrandarum, ab ijs, ad quos pertinet, ſub pœna Interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ ipſo facto incurrenda à die realis acquiſitionis ſtatìm deponi debeant penès ædem Sacram, vel perſonam fide, & facultatibus idoneam ad effectum illa, ſeu illorum pretium

tium quamprimùm inueſtiendi in bonis immobilibus fructiferis cum expreſſa, & indiuidua mentione oneris, quod illis annexum reperitur: ac ſi eadem bona immobilia auctoritate Apoſtolica deinceps alienari contigerit, eorundem pretium ſub eadem pœna, vt ſuprà, deponi, atque in alijs bonis ſtabilibus itidem fructiferis cum eiuſdem oneris repetitione, atque annexione conuerti debeat.

Ad hæc SAC. CONGREGATIO quibuſuis Capitulis, Collegijs, Societatibus, & Congregationibus, necnon omnibus, & ſingulis Eccleſiarum, ac piorum locorum, tàm ſecularium, quàm regularium Superioribus, vel alijs, ad quos pertinet, diſtrictè prohibet, nè inpoſterùm onera perpetua ſuſcipiant Miſſarum celebrandarum, ſeculares quidèm ſine Epiſcopi, vel eius generalis Vicarij, Regulares verò ſine Generalis, vel Prouincialis conſenſu, & licentia in ſcriptis, & gratìs concedendas alioquìn ſecularis, qui huius prohibitionis tranſgreſſor extiterit, ab ingreſſu Eccleſiæ interdictus ſit eoipso: Regularis verò pœnam priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cæterò obtinenda, vocisq. actiuæ, ac paſsiuæ, abſque alia declaratione incurrat. Eleemoſynas verò manuales, & quotidianas pro Miſsis celebrandis ità demùm ijdem accipere poſſint, ſi oneribus anteà impoſitis ità ſatisfecerint, vt noua quoque onera ſuſcipere valeant; alioquìn omninò abſtineant ab huiuſmodi eleemoſynis, etiam ſpontè oblatis in futurum recipiendis, & capſulas auferant ab Eccleſiis cum inſcriptione illa, Eleemoſyna pro Miſsis, vel alia ſimili, ſub iiſdem pœnis ipſo facto incurrendis, nè fideles hac ratione fruſtrentur. Epiſcopus verò, ſeu eius Vicarius, aut Generalis, vel Prouincialis, vbi de licentia pro perpetuis oneribus

fuerint

fuerint requiſiti, in ſingulis caſibus diligenter inquirant de ſingulis Miſſarum celebrandarum obligationibus cuique Eccleſiæ, Monaſterio, aut loco pio incumbentibus; nec anteà aſſenſum huiuſmodi, aut licentiam præbeant, quàm eis legitimè conſtiterit, illius Sacerdotes tàm nouo oneri ſuſcipiendo, quàm antiquis iam ſuſceptis ſatisfacere poſſe; præcipuamq; rationem habeant, vt redditus, qui Eccleſiis, & locis piis relinquuntur, omninò reſpondeant oneribus adiunctis, ſecundùm morem cuiuſque Ciuitatis, vel Prouinciæ, intelligantq; ſi in re tanti momenti deſides, aut negligentes fuerint, in Nouiſſimo Die ſe huius prætermiſſi muneris rationem eſſe reddituros.

Poſtremò ILLVSTRISS. PATRES, non ſine graui animi dolore intelligentes, mala ferè omnia, quæ regularem diſciplinã euertunt, ac præcipuè nimiam hanc facilitatem fouent in oneribus Miſſarum ſupra vires ſuſcipendis, veluti ex infecta radice, pullulare ex maiori Regularium numero, quam ferant redditus, & eleemoſynæ cuiuſque Monaſterii; inhærentes Summorum Pontificum, ac Sac. Tridentini Concilii decretis hac de re editis, S.mi D. N. auctoritate præcipiunt, ac mandant omnibus, & ſingulis Generalibus, Prouincialibus, Commiſſariis, Miniſtris, Præſidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Guardianis, Vicariis, & quibuſcunquè aliis Superioribus Monaſteriorum, Conuentuum, ac Domorum regularium bona immobilia poſſidentium, vel non poſſidentium, cuiuſcunque Ordinis, Congregationis, & Inſtituti exiſtentium intra fines Italiæ, & Inſularum adiacentium, vt ſinguli, ad quos pertinet, in qualibet Prouincia, adhibitis duobus, aut tribus Regularibus ſui Ordinis, vel Congregationis probatioribus, & rerum vſu peritioribus, bona immobilia, cenſus, reddi-

tus,

tus, & prouentus omnes, conſuetas item eleemoſynas, & obuentiones, tàm communes Monaſteriorum, Conuentuum, & Domorum eiuſdem Prouinciæ, quàm etiam ſingularibus perſonis religioſis aſſignatas, ſeu permiſſas, in communem vſum deinceps conferendas, decem annorum immediatè præcedentium habita ratione, diligenter, & maturè recognoſcant, iis omnibus detractis, quæ reparationes, præſtationes, grandines, ſterilitates, aliaue cuiuslibet generis onera conſueuerunt abſorbere; eaque omnia ſcripto fideliter exarata, idem Superior, cuius intereſt, in proximo Capitulo, ſeù Congregatione generali, vel prouinciali coram tribus Iudicibus ab ipſomet Capitulo, ſeù Congregatione deligendis proponat, qui, computatis huiuſmodi redditibus, eleemoſynis, & obuentionibus vniuerſis, & oneribus, vt ſuprà, detractis, ſedulò examinent, quot religioſi homines, connumeratis etiam laicis, aliisq; neceſſariis ſeruientibus, in vnoquoque Monaſterio, Conuentu, & Domo regulari iuxta regionis, & proprii inſtituti morem, victum, & veſtitum, & medicinalia in communi habentes, competenter valeant ſuſtentari. Tum eorundem bonorum, redditum, eleemoſynarum, & onerum præciſam notam ipſimet Capitulo, ſeù Congregationi exhibeant, vt in illo diligenter omnibus diſcuſſis, cuiuſque familiæ, Monaſterii, Conuentus, ac Domus regularis in ſingula quaque Prouincia certus earum tantùm perſonarum numerus, Patrum capitularium voto, præfigatur, quæ redditibus, eleemoſynis, & obuentionibus, vt ſuperiùs, ſufficienter ali poſsint. Nè verò Superiores, qui id præſtare debent, ſeriùs, aut remiſsius, quam par eſt, ſuo muneri ſatisfaciant, mandat SAC. CONGREGATIO, vt infra annum, poſt proximum Capitulum generale, vel prouinciale

cõputan-

cõputandum, omnia hoc de genere capitulariter geſta, in authenticam formam redacta in Sacram ipſam Congregationẽ Concilij ſinguli mittant, numerumq; familiæ, ſingulorumq; Conuentuum, Monaſteriorũ, & Domorum huiuſmodi regularium, Capituli, ſeù Congregationis generalis, vel prouincialis ſententia, & auctoritate præfinitum, ijdem Superiores, tàm Generales, & Prouinciales omnes, quàm locales perpetuò ſeruare omninò teneantur, nec poſsint illum quoquo modo augere, etiam prætextu augumenti reddituum, abſque Sacræ ipſius Congregationis licentia. Superiores autem huiuſmodi, qui prædicta omnia in præfixo termino non præſtiterint, vel numerum, vt ſuprà præſcriptum quouis modo augere præſumpſerint, priuationis omnium officiorum, quæ tunc temporis obtinebunt, vociſque actiuæ, ac paſſiuæ, & ad omnia ſuæ religionis officia, & gradus inhabilitatis perpetuam pœnam eo ipso incurrere, atque alijs etiam grauioribus à Sede Apoſtolica infligendis pœnis Sacra Congregatio ſubiacere voluit, & declarauit.

Deinceps verò Monaſterium, Conuentus, Domus, Congregatio, vel Societas Religioſorum, ſeù Regularium, nullibi recipiatur, nisì, præter alia ad id requiſita, in ſingulis eiuſmodi locis duodecim ſaltèm fratres, aut Monachi, ſeu Religioſi degere, & ex redtitibus, & conſuetis eleemoſynis, detractis omnibus, vt ſuprà, detrahendis, competenter ſuſtentari valeant, ad præſcriptum decreti fel. rec. Greg. XV. hac de re editi. Alioquin Monaſteria, & loca huiuſmodi poſt hac recipienda, in quibus duodecim Religioſi, vt ſuprà, ſuſtentari, atquè inhabitare non poterunt, & actu non inhabitauerint, Ordinarij loci viſitationi, correctioni, atque omnimodæ iuriſditioni ſubiecta

eſſe

eſſe intelligantur.

Porrò, nè vllo vnquam tempore hæc in obliuionem, ſeù deſuetudinem abeant, Superiores locales cuiuſq; Monaſterij, Conuentus, ac Domus regularis curare, atque efficere teneantur ſub pœna priuationis officij, vociſq; actiuæ, & paſsiuæ ipſo facto incurrenda, vt in perpetuum, ſexto quoque menſe, ideſt feria ſecunda poſt primam Dominicam Aduentus, & feria ſexta poſt Octauam Corporis Chriſti præſentes ordinationes in publica mēſa perlegantur. Omnibus tàm Eccleſiaſticis perſonis, cuiuſcunque ſint ordinis, conditionis, & gradus, quàm laicis quocunque honore, ac poteſtate præditis præſentia Decreta declarandi vel interpretandi facultate penitùs interdicta.

Non obſtantibus quòad ſupraſcripta omnia, & ſingula in præſentibus Decretis contenta, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis in fauorem quarumcunque perſonarum, atquè Ordinum tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum, etiam S. Io. Hieroſolymitani, Congregationum, Societatum, ac cuiuslibet alterius Inſtituti, etiam neceſſariò, & in indiuiduo exprimendi, Eccleſiarum, Monaſteriorum, Conuentuum, Collegiorum, Capitulorum, Hoſpitalium, Confraternitatum, & aliorum quorumcunque, tàm ſecularium, quàm regularium locorum, necnon illorum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam Mari Magno, ſeu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon

 irritan-

irritantibus decretis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, ſeù extenſionis conceſſis, & interatis vicibus approbatis, & innouatis, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus, & formis ſpecialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, mentio, ſeù quæuis alia expreſsio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſeruanda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habens, quibus quò ad ea, quæ præſentibus aduerſantur, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, Sacra Congregatio Sanctitatis Suæ auctoritate ſpecialiter, & expreſsè derogat, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

Et nè præmiſſorum ignorantia à quoquam prætendi poſsit, voluit eadem SACRA CONGREGATIO, vt præſentes Ordinationes in Valuis Baſilicarum Sancti Ioannis Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum de Vrbe, ac in Acie Campi Floræ, vt moris eſt, affixæ, omnes, ad quos pertinet, ità arctent, & afficiant, ac ſi vnicuique perſonaliter intimatæ fuiſſent, Vtq; earundem præſentium tranſumptis, etiam impreſsis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ die 21. Iunij 1625.

*Coſmus Cardinalis de Torres.*

*loco † ſigilli.*

Proſper Fagnanus Sac. Congr. Secr.

Anno D. N. Ieſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quinto, Indictione octaua, Pontificatus autẽ in Chriſto Patris, & D. N. D. Vrbani Diuina prouidentia PP. Octaui, Anno eius Tertio, die verò vigeſima ſecunda menſis Septembris, ſupraſcripta Decreta affixa, & publicata fuerunt, ad valuas Baſilicarum S. Io. Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum de Vrbe, ac in Acie Campi Floræ, vt moris eſt, per nos Camillum Fundatum, & Fabium Æmilianum Sanctiſſ. D. N. PP. Curſ.

*Brandimartes Latinus Prælibati Sanctiſſ. D.N.PP. ac S. Rom. & Vniuerſalis Inquiſitionis Curſor pro Mag. DD. Curſ.*

---

## *De pertinentibus ad Extremam Vnctionem.* Cap. *VII.*

CVM totius Paſtoralis curæ ſumma huc ſpectet, vt in extremo vitæ ſpiritu fidelium animæ Deo reconciliatæ in tutum ſalutis portum adducantur; nec vllo vnquam tempore ſpiritualis Medici lenimentis humana magis indigeat infirmitas; ideò Parochos admonemus, atq; obteſtamur in Domino, vt in huius Sacramenti miniſterio, in quo peccatorum expurgàntur reliquiæ, & ægrotorum animæ iucundiſsimum leuamen percipiunt, omnem pietatis affectum erga conſtitutos in extremis adhibentes ſuum munus diligentiſsimè exequantur.

Ægrotis igitur verè in mortis articulo conſtitutis, adhuc tamen ſenſu, quantum fieri poteſt, integro exiſtentibus, ſolus Parochus, vel alius approbatus Sacerdos vrgenre neceſſitate hoc Sacramentum con-

ferat, hunc q; modum obſeruare teneatur. Videlicet,

Parochus ſuperpelliceo, & ſtola violacea indutus vas cum oleo infirmorum velo coopertum vtraque manu geſtabit, præcedente miniſtro, vel Clerico cum cotta Crucem ſine haſta, & aquam benedictam cum aſperſorio, ac Rituale deferente; & ſic progrediatur vſq; ad ægroti domum, in qua parua ſit menſa cum aqua illimi, & catino, in quo ſint tot partes goſſipij, vel ſtupæ lineæ, quot ſunt vnctiones faciendæ, & in alio catino ponatur mica panis pro ablutione manuum Sacerdotis. inſuper præparetur cerea candela, quæ accenſa ingens lumen præbeat: ſi verò infirmus aliam Crucem non habeat, Parochus eandem, quam ſecum detulerit, apud infirmum relinquat.

Quibus omnibus ſic opportunè diſpoſitis, ac præparatis moneat Parochus infirmum, illumq; conſoletur, vt à curis, periculis, & momentaneo vitæ huius amore ad ſpem, & ſalutis æternæ deſiderium mentem erigat: Dæmonum incurſus valida peccatorum ſuorum contritione conculcet: metum mortis, quam eſſe ſomnium conſideret, dulciſſima Paradiſi cogitatione contemnat: condonationem, ac veniam peccatorum à Chriſto Saluatore non deſperet, ſed confidenter cupiat eſſe cum Chriſto: voluntatemq; ſuam diuinæ ſubijciat voluntati, in eiuſque potentiſſimas manus ſe totum reſignet. Parochus deindè aſtantium animos ad preces pro infirmo effundendas ad Deum hortetur, & aqua benedicta ægrotum, lectumque aſpergat, poſteàq; hoc ei ſacramentum adminiſtret modo, & forma in Rituali Romano præſcripta. Præſertim verò caueat, nè ſacro hoc oleo mortuorum corpora illiniat; ſed in dubio, apponat in adminiſtratione conditionem, videlicet, ſi es viuus, per iſtam vnctionem, &c.

r: Silueſtr. u o Vnctio. n. 5. in fin. Armill. v. Vnctio. n. 7.

Cum

Cum autem anima è corpore ad Creatorem euolauerit, ſubitò ab vnctione deſiſtat.

Infirmo autem perunĉto, ſtupam, qua inunctas ſacro oleo corporis partes, proprioſq; digitos Sacerdos abſterſerit, nō ibidem in domo ægrotantis comburat, ſed illam in vaſe, aut ſacculo poſitam deferat ad Eccleſiam: eiuſdem combuſtæ cineres in ſacrario recondat.

Caueant præ cæteris Parochi, vt in hoc miniſtrando ſacramento omnem adhibeant diligentiam, atq; ſedulitatem, & quacunq; hora vocati fuerint, ad vngendum infirmum, nulla interpoſita mora, accedant. quòd ſi aliquem propter ſegnitiem, aut Parochi negligentiam abſq; huius Sacramenti ſubſidio ab humanis diſcedere contingat, iuxta culpæ qualitatem ſciant ſe non modò pœnas à ſacris Canonibus impoſitas, verum & alias arbitrio noſtro incurſuros.

## *De Pertinentibus ad Sacramentum Ordinis. Cap. VIII.*

OMnes, qui in poſterum ad quoſcunq; promoueri ordines voluerint, per menſem ante ordinationem, Nos, aut Vicarium noſtrum adeant pro commiſsione inquiſitionis, 2 vt eorum nominibus, & deſiderijs publicè in Eccleſia propoſitis, de ipſorum ordinandorum natalibus, ætate, moribus, ac vita, nec non patrimonij titulo ex Populi relatione exactam, certamq; habeamus cognitionem.

1 cap. coſ. de temp. ordin. in 6. Concil. Trid ſeſſ. 23. c. 8. de Reform.

2 Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 5. de Reform.

Parochi igitur inter Miſſarum ſolemnia bis diebus feſtiuis, formula inferius regiſtranda, Populum alloquantur. Teſtes petereà à Vicario noſtro generali examinentur, vt certiſſimis probationum documentis

3. cap. quand. 24. diſt. c. cum in ſacriſ. de elect.

tis nobis conſtare poſſit, fundum, penſiones, beneficia, aut alia huiuſmodi bona, quæ in titulum patrimonij aſsignantur, ab ipſis ordinandis verè poſsideri 4 iurę dominij, ac bono titulo, & eorumdem nomine coli, ac fructus ab eiſdem percipi: nec nō vt fructuum quantitas nobis innoteſcat; ſuper quibus omnibus teſtes formaliter examinati, concludentem ſcientiæ cauſam, ac rationem afferre teneantur.

4. cap. Diaconi ſunt. §. nu. autem 93. diſt. Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 2. de Reform.

Quamobrem ſeuerisſimis arbitrio noſtro iniungendis pœnis, omnibus, & quibuſcunq; interdicimus, nè fides, ac teſtimonia pro ordinandis exhibeant, niſi indubitatè, & certisſimè ſciant ipſos tales eſſe, quales teſtantur.

Nè autem ſacroſancti Concilij Trid. decreta fraudolenter eludantur, ſciant cuncti, neminem ad ſacros ordines, niſi pro Eccleſiæ 2 vtilitate, ac neceſsitate nos vllatenus eſſe admiſſuros: nec minus recedendi facultatem, niſi quinquennio ſaltem tranſacto, eiſdē eſſe conceſſuros.

1 ſeſſ. 23. cap. 3 &c. 10. de Reform.
2. c. neminem. 70. diſtin.

Nullus ordinandorum preces, aut interceſsiones ad ordinationis ſuæ ſubſidia adiungat, aut interponat: aliàs per annum ab ordinatione arceatur.

Ab externis verò Epiſcopis noſtro accedente conſenſu ordinati, infra menſem poſt ſuſceptos ordines, atq; ante eorumdem ordinum exercitium teſtimoniales in actis Curiæ noſtræ Epiſcopalis redigere teneantur.

Et quia ſæpisſimè per ſubreptionem, ac obreptionē Diœceſis noſtræ beneficia ab Apoſtolica ſede obtinentur à nonnullis eorumdem beneficiorum poſſeſſiones clandeſtinè inuadentibus; ideò, vt malignantium, ac mendacium malitiæ occurramus, diſtrictè præcipimus, ac mandamus, vt omnes ab Apoſtolicæ ſedis amplitudine beneficiorum prouiſiones conſecuti,

enti, expeditas ſuæ prouiſionis Bullas coràm nobis præſentare, & in actis Curiæ noſtræ redigere teneantur, vt earũ executio nobis, vel Vicario noſtro foraneo commiſſa legitimè expediatur.

Qui verò ordinaria noſtra auctoritate prouiſi fuerint, conceſſæ ſibi ipſis gratiæ executionem, ac beneficij prouiſionem à nobis Vicario noſtro foraneo, ac Notario ſubdelegatam ſinè expenſarum diſpendio conſequentur. qui contrà fecerint, pœnam amiſſionis fructuum annualium incurrant.

Ad clericalem tonſurã promouendi ſacro chriſmate confirmati ſint: fidei rudimenta, legendi, 1 ſcribendiq; habeant peritiam: non eccleſiaſticis cenſuris, 2 aut canonico ſint impedimento irretiti.

Non baptizati, 3 mulieres, 4 ſerui, 5 publicis rationibus, & curialibus negotijs impliciti, 6 Irregulares, 7 infames, publico notati crimine, 8 Bigami, 9 Eunuchi, 10 qui ſibi facto, aut conſenſu virilia abſciderunt, corpore vitiati, 11 aut notabiliter deformati, Nothi, 12 Vxorati, 13 Neophyti, 14 amentes, furioſi 15 energumeni, 16 ac deniq; comitiali morbo laborantes à ſacrorum ordinum limine arceantur.

Beneficia, penſiones, ſeù patrimonia, quæ in titulum promotis aſſignata fuerint, reſignare, extinguere, alienare, aut aliàs diſtrahere nemo audeat: niſi promotis ſufficiens aliunde ſuppetat victus. aliàs reſignationes, ceſſiones, extinctiones, aut alienationes præfatas, nullas, & irritas, ac nullum firmitatis robur obtinere declaramus. 1 Qui verò Beneficium, Penſionem, aut Patrimonium ſe obtinere falsò aſſeruerint, tamdiù à ſuſceptis ordinibus ſuſpendantur, quamdiù verè, ac realiter Beneficij, Penſionis, ſeù Patrimonij iuſtum, ac legitimum titulum, ac realem poſſeſſionem fuerint aſſecuti. Qui autem præfatæ mendaci

aſſer-

1 c. illiteratos. 36. diſt. c. quando. 26. diſtin.
2 c. miror. & cap. cleric. 50. diſt.
3 c. venienſ. de Præſbit. non Bapt.
4 c. mulieres 32 diſt.
5. c. de ſeruorum, & toto tit. de ſeru. non ordin.
6 c. 1. de oblig. ad rat. non ordin.
7 c ſæpe. de temp. ord. in 6.
8 c. laici. 33 diſt.
9 c. ſi quis. 33. diſt.
10 c. ſi quis. 55. diſt.
11 d. c. illiteratos. 36. diſtin.
12 tot. tit. de fil. præsbyt.
13 extrauag. Ioan. 22. Antiquæ.
14 quoniã 48. diſt.
15 c. qui in aliquo. 51. diſt.
16 c. communiter. 33. diſt.
17 c. marit. 33. diſt.

1 c. Sanctorum. 70. diſtin. Conc. Trid. ſeſſ. 21. cap. 2. de Reformat.

aſſertioni teſtimonium, auxilium, ſeù conſilium doloſè præſtiterint, ad ſubminiſtranda ſic ordinato alimenta de proprijs bonis teneantur.

Exteri, & alienæ iuriſdictionis Clerici, tam ſeculares, quam Regulares, ad ſacros ordines non admittentur, niſi dimiſſoriales litteras per ſex ad ſummum ante menſes ſubſcriptas, atq; authentico ſigillo munitas à ſuo ordinario Epiſcopo attulerint.

1 cap ſi quis. & cc. ſeq. 71. diſt. c. clericorum. 72. diſt. Conc. Trid. ſeſſ 23. c. 8. de Reform.

Nemo in poſterum ex Hiſpanis, Luſitanis, Gallis, alijſq; quibuſcunque vltramontanis, & ex quibuſuis locis extra Italiam oriundis coràm nobis compareat tam ad ſacros, quam etiam ad minores ordines, vel clericalem characterem ſuſcipiendum, niſi habeat litteras dimiſſoriales ſui ordinarij à Nuntijs Apoſtolicis, ſeù collectoribus in his partibus commorantibus recognitas, probatas, & ſubſcriptas, eorumdemque Nuntiorum, ſeù Collectorum ſubſcriptiones ab Illuſtriſsimo, & Reuerendiſs. D. S. D. N. Papæ Vicario in ſpiritualibus Generali in Alma Vrbe ſimiliter examinatas, recognitas, & approbatas, ſub pœnis arbitrio noſtro infligendis.

Pariter nemo audeat pro ſuſcipiendis ordinibus ſacris afferre falſa, vel ficta, aut fiduciaria Patrimonia contra præſcriptum Conſt. S. D. Vrbani Diuina prouidentia Papæ Octaui ſub Dat. Romæ apud S. Petrum Die 11. Decembris 1626. incipientem Secretis, &c.

Animaduertant Itali, ſi qui forſan coram Nobis comparuerint, & clericali charactere inſigniri, vel ad minores ordines promoueri à Nobis obtinuerint cum falſis dimiſſorijs, etiam ſi qualitatibus requiſitis præditi ſint, nè incurrant in pœnã à dicta Conſt. inflictã, quæ eſt, ſecuta Iudicis Eccleſiaſtici declaratione, priuationis priuilegij illius fori, & ſubiectionis ſecula-

culari iuriſdictioni.

Bona Patrimonialia alicui Clerico aſsignata, & ad ipſorum titulum promoto, non ſolum à quocunque grauamine laicali ſunt exempta, donec de bonis Eccleſiaſticis ad ſui ſubſtentationem competenter ſit prouiſus, vt pluries fuit deciſum à ſacra Congregatione Sgrauaminum, & in Cancellaria noſtra Epiſcopali C. Caſtellanæ extat eiuſdem reſcriptum; verum etiam gaudent, & fruuntur priuilegijs, & exemptionibus Beneficijs Eccleſiaſticis conceſſis.

Die 10. Apr. 1613. Gonzaleh ſuper 8. reg. Cancell. gloſ. 5. §. 10, nu. 14.

Ad tollendas omnes lites, quæ in futurum oriri poſſunt, pari modo declaramus bona relicta, & legata Eccleſijs, locis pijs, aut perſonis Eccleſiaſticis, immunia eſſe non ſolum ab oneribus publicis antè appoſitis, verum etiam apponendis à Communitatibus, ſiuè alijs.

Rota coràm R. P. D. Pęna in vna Brundiſina Galeſij 13. Febr. 1604.

## *De Pertinentibus ad Sacramentum Matrimonij. Cap. IX.*

SAcroſancti Matrimonij reuerentiam, ac religionem nobis omnipotens rerum omnium conditor Deus inſinuauit, cum in primo Mundi naſcentis exordio primæuos noſtros Parentes in terreſtri Paradiſo maritali vinculo coniunxit; & in lege renouatæ, ac renaſcentis gratiæ Chriſtus Dominus Matrimonium non modò propria præſentia in nuptijs Canæ Galliææ approbauit; verum inter ſeptem Eccleſiæ Sacramenta collocauit, atq; inſtituit, vt tanquam manifeſtum ſuæ cum Eccleſia coniunctionis ſignum, ac documentum relinqueret. Hinc meritò Vas electionis Diuus Paulus tanti Sacramẽti encomia breui, ſed ineffabili claudens compendio magnum illud ap-

Geneſis. 1. Concil. Trid ſeſſ. 24 cap. 1

ad Epheſios. 5.

 pellauit.

pellauit. Conſequens igitur eſt,vt tantum Sacramentum, tantiſq; fœcundatum myſterijs non niſi piè, ac religiosè tractetur.

Quarè enixè moneantur fideles, vt dignè ad tanti gratiam Sacramenti accedere nitantur. & vt maiori fructu, ac deuotione fidelibus miniſtretur, his ſtatutis miniſtros inſtruendos decreuimus.

Conc. Trid ſeſſ 24. de Refor. matrim. cap. 1. §. ne verò.

Ad tollenda igitur ſcandala, quæ ex clandeſtinis matrimonijs oriuntur, omnibus Curatis expreſsè mandamus, vt bis in anno, ſcilicet Kal. Ianuarij, & prima Dominica menſis Iulij inter Miſſarũ ſolemnia, populo aſtante, alta voce, ac intelligibili, materna Diœceſis noſtræ lingua, iuxta Populi capacitatem perlegant, ac publicent decretum Sacroſancti Conc. Trid. poſitum in ſeſſ. 24. cap. 1 de Reformat. Matrimonij. §. nè verò &c. in eoq; contenta obſeruent, ac obſeruari faciant.

d. cap. 1. §. id circò.

Et vt futuri matrimonij impedimenta, ſi qua fuerint, facilius patefieri, & deferri poſsint; denunciationes trinæ, quæ matrimonia præcedere debent, Dominicis, aut feſtis diebus de præcepto à Parocho fiant inter Miſſarum ſolemnia, ad quæ Populus frequentior conuenire ſolet: & inter quos matrimonium ſit contrahendum, denunciet tàm viri, quam mulieris Parochus, ſi contrahentes diuerſæ fuerint Parochiæ: Populumq; admoneat, illos, qui aliquid nouerint imminere, quo matrimonium celebrandum poſſit impediri, ſub excommunicationis vinculo ad illud reuelandum teneri, ac prorſus eſſe obligatos. Si verò dubitatio aliqua, aut difficultas ſuboriatur, quæ matrimonium impedire poſſe videatur; Parochi eam ſtatim nobis deferant, diligenti peritorum examine tollendam.

Conc Trid ſeſſ. 24 c. 1. de Reformat. matrim.

Nunquam autem Sponſos diuerſæ Parochiæ, ſeu Diœce-

Diœceſis in matrimonium coniungant Parochi, niſi prius denunciatioues ab altero etiam Parocho ritè factas, nullumq; fuiſſe renunciatum impedimentum, fideli ſibi ipſis teſtimonio, ab ordinario, ac alienæ Diœceſis Parocho ſubſcripto, à nobis etiam pariter approbato conſtiterit.

Et quoniam matrimonia in gradu prohibito contracta, nulla ſunt; Ideò, vt certa, ſancta, atq; in gradibus permiſsis licita fiant coniugia, Parochi huiuſmodi impedimenta, & præſertim ea, quæ ex cognatione tum ſanguinis, tum ſpirituali, qualis contrahitur in Baptiſmo & Confirmatione, pariterq; ea, quæ ex affinitate, ſeù copula, tàm licita, quàm illicita, proueniunt, diligenter ediſcant, Populorumq, animis frequenter inſinueut. Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. 2. 3. 4. 5.

Quilibet Parochus iuxta S. Conc. Trid. præſcriptũ, ad conſeruandam matrimoniorum memoriam, quæ in ſua contrahuntur Parochia, librum ad hoc deſtinatum habeat, in quo denunciationes ab ipſo factas, coniugeſque ac teſtium nomina, forma in Rituali deſcripta, diligenter deſcribat. Hunc verò librum in loco tuto fideliter ſeruet, illiuſq; authenticum exemplum ſingulis annis in hac noſtra Curia conſignabit, vt perpetua matrimoniorum, quæ deinceps contrahentur, memoria in omnem poſteritatem ſeruetur. d. ſeſſ. 24. cap. 1. de Reform matrim. 5; habeat Parochus.

Si Parochus alteri Sacerdoti licentiam permiſerit ſuo nomine celebrandi matrimonium, illius celebrationi nullatenus interſit: illudq; in præfato libro adnotabit.

Tranſactis duobus menſibus à die vltimæ denunciationis matrimonij, Sponſi in Matrimonium non coniugantur, niſi iterum factis eiuſdem Matrimonij denunciationibus.

Matrimonia eodem die non contrahantur, quo fit

vltima denunciatio, niſi fortè Aduentus, vel Quadrageſima eam diem immediatè ſubſequatur.

Parochus Sponſas non coniungat in Matrimonio, niſi Sponſa caput obuelauerit, & vterq; ipſorum ea, quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, videlicet fidei articulos, vel Symbolum Apoſtolicum, præcepta Decalogi, Eccleſiæque, orationem Dominicam, atq; Angelicam Salutationem memoriter recitauerint: de quo in prima Matrimonij denunciatione Sponſos Parochus commoneat.

Conc. Trid. ſeſſ. 24. de Reform. matrim. cap. 7.

Alienigeas, exteros, ac vagantes homines ad Matrimonia in noſtra Diœceſi, ſine noſtra expreſſa facultate, ac diligenti informatione in Tribunali noſtro capienda, nullus Parochus ſub pœna ſuſpenſionis admittat.

Innoc. 3. in Concil. Lateranen. general. cap. 63.

Conc. Trid. d. ſeſſ. 24 c. 1. de Refor. matr. §. poſtremò.

Moneat Parochus Sponſos, vt antequam contrahant, vel ſaltem triduo ante Matrimonij conſummationem peccata confiteantur, & Sanctiſsimæ Euchariſtiæ Sacramẽtum percipiant, vt fœliciſſimis diuinæ gratiæ auſpicijs ſalutarem Matrimonij gratiam conſequentes, pacem ac amorem in toto vitæ ſuæ curriculo valeant conſeruare. Benedictionem verò cum celebratione Miſſæ, alijſq; iuxta Rituale adhibitis cæremonijs omninò accipiant.

Sæpè etiam in memoriam fidelium Parochus reuocare ſtudeat, Matrimonia debere eſſe libera, nec vlli impulſionis, ſeù coactionis directæ, aut indirectæ vinculo, ſub pœna anathematis, ſubiacere; ſed abſoluto liberæ voluntatis arbitrio moderari ea, quæ ſolo aſſenſu perficiuntur.

Conc. Trid. d. ſeſſ. 24 cap 9 § & cum & c. 1. §. prætereà.

Et quoniam ex frequentioribus viſitationibus, quæ ſolemnem Matrimonij contractum præcedunt, ex deprauatis hominũ moribus ſæpè ſcandala, quinimmò etiam, quod peſſimum eſt, copula inter Sponſos

emana-

emanare conſueuit; Ideò ante celebrationem Matrimonij in faciem Eccleſiæ, Sponſi ab huiuſmodi frequentioribus viſitationibus ſub pœna quinquaginta ſcutorum prorſus abſtineant. Quinimmò & Parochis præcipimus, vt eoſdem commoneant, ſe publicè Matrimonia non denunciaturos, niſi à prædictis omninò abſtinuerint. quòd ſi ante celebrationem Matrimonij in faciem Eccleſiæ ſe carnaliter cognoſcere auſi fuerint, non modò pecuniarijs, vt ſuprà, verùm alijs arbitrio noſtro iniungendis pœnis, ac publicis pœnitentijs, reſeruata etiam nobis abſolutione, ſubijcientur.

Primas contrahens nuptias benedicatur: è ſponſis verò contrahens ſecundas, careat benedictione.

Nuptiarum ſolemnitates, ſcilicet benedictiones, conuiuia, &c. & ſponſæ ad domum Sponſi traductio, non celebrentur ab Aduentu Domini vſq; ad diem Epiphaniæ, & à die Cinerũ vſq; ad octauam Paſchatis incluſiuè. Rituale Rom. de ſacramento matrim.

Caueant deniq; Parochi, nè Sponſos alibi quam in Eccleſia Parochiali ante altare maius, vbi etiam fiet benedictio iuxta formam Miſſalis de mane, orto iam ſole, non ante diem, coram tribus teſtibus idoneis coniugant. Et ad occurrendum difficultatibus, & controuerſijs, quæ ex præſumpto metu, ſeù vi poſſunt inſurgere; animaduertat Parochus, vt à Sponſis per explicita verba affirmatiua, & non per modeſtum tantummodò ſilentium, eorum exigat voluntatem, & aſſenſum. Cætera verò omnia, quæ ad legitimam Matrimonij celebrationem pertinent, religioſè, ac modeſtè fiant, amotis iocis, riſu, verbis inhoneſtis, alijſque ſimilibus nugis: omni deniq; vſu indecoro, alijſq; huiuſmodi rebus penitus excluſis. Hoc enim Sacramentũ, quod ſanctum eſt, ſanctè tractari debet. c. ſi quis diuinis c. noſtrates. 30. q 5.

SESSIO

Fugenius 2. & Leo 4. in Synodo Rom. cap. 41.

ac religionem in Eccleſia ſeruandam commonere debet, quòd ſcilicet Deus ſcrutator eſt cordium: omnes reſpicit cogitationes: omnia denique verba, etiam otioſa enumerat. Illudque præcipuè humanas mentes à negotijs in Eccleſia Dei tractandis auertat, quòd Chriſtus Dominus noſter ementes, ac vendentes licita ſibi in templo offerri, non impudicos, rixoſos, non icoſa aut turpia proferentes verba, funiculo è templo eiecit.

Ioannis. 2.

Nemo venaticos canes, aut volucres, haſtas, ſclopetos, baliſtas, aliaq; huiuſmodi armorum genera audeat in Eccleſiam inferre.

Pauperes verò ad quæſtum nè diuagentur per Eccleſiam, ſed in foribus Eccleſiæ tenuitati ſuæ petant ſuffragia. in hoc Sacriſtæ etiam Regulares diligenter inuigilent, ſub pœnis in Conſtit. fel. recor. Pii V. contentis.

Ead. Bulla. Pij. V. 5. in Bull.

## *De præcipuis Eccleſiæ partibus, & de Pauimento.* Cap. II.

ECcleſiæ, Capellarumq; pauimenta vbiq; ſint plana, & æqua, non foueis corroſa, aut rimis diſiuncta, vel tuberculis eminentia, ſed laterculis coctilibus ſternantur, in quibus neque Crucis, neque aliarum ſacrarum imaginum, aut aliquarum eiuſmodi rerum, quæ ſacri myſterii typum præ ſe ferant, imagines exprimantur.

Nunquam pro ſepeliendis defunctorum cadaueribus, aut pro capſis reponendis effodiantur, ſed mortuorum corpora deſtinatis condantur ſepulchris, quæ marmoreo lapide plano, & integro, ac ad arcendum fœtorē benè clauſo operiantur, vel in cœmeteriis ſolitis humentur, ſub pœna interdicti eo ipſo incurrenda:

De

## *De foribus.*

IN facie Eccleſiarum, præſertim Parochialium ſupra oſtium maius Sancti, Sanctæuè Titularis, decorè, religioseq; pingatur imago. quòd ſi Eccleſia Annunciationis, Aſſumptionis, vel Natiuitatis B. Virginis titulo nuncupetur, eiuſdem Beatiſs. Virginis ſecundum myſterij rationem effigies exprimatur.

Valuæ, aut oſtium ex nuceis, ſiuè alterius generis aſſeribus decenter conſtruantur, quæ non ornamentum modo, ſed & fortitudinem habeant. peſſulis, ſeris, clauibuſq; firmiſſimè muniantur, vt opportunè claudi ad prohibendum ventis, ac imbribus ingreſſum, & ad purioris aeris admittendam temperiem ſereno Cœlo poſsint reſerari. Oratoria verò campeſtria cancellis omninò muniantur. quòd ſi Dominorum paupertas prohibeat, penitus diruantur, & eorum materia, ſiuè cæmenta iuxta S. Conc. Trid. præſcriptum Parochiali Eccleſiæ applicentur.

c. clerof. 21. diſt. c. perlectis 25. d ſt. c. 1. & 2. de off. cuſt.

Seſſ. 21. cap. 7.

Pro facili autem, ac diligenti Eccleſiarum cuſtodia præcipimus, vt ſub primam noctis horam, ac finitis officijs, fores claudantur, & in Aurora aperiantur. In nocte verò nunquam apertæ maneant, niſi aliqua pro ſacramentis miniſtrandis vrgeat neceſſitas, vt improbis patrandorum facinorum in Eccleſijs ſubtrahatur occaſio. Si in his Sacriſta, aut Oſtiarius defecerit, pro qualibet vice per hebdomadam carceris pœna mulctetur. & ſub eiſdem incurrendis pœnis, quando Eccleſia eſt aperta, ipſe, vel alius Clericus ad Eccleſiæ cuſtodiam aſſiſtat.

In Sacrario nullus vel die, vel nocte, nè ad captandam quidem quietem obdormire audeat, ſub pœna ſcutorum quinq; pro qualibet vice.

M De

irritantibus decretis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, ſeù extenſionis conceſſis, & interatis vicibus approbatis, & innouatis, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus, & formis ſpecialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, mentio, ſeù quæuis alia expreſsio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſeruanda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habens, quibus quò ad ea, quæ præſentibus aduerſantur, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, Sacra Congregatio Sanctitatis Suæ auctoritate ſpecialiter, & expreſsè derogat, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

Et nè præmiſſorum ignorantia à quoquam prætendi poſsit, voluit eadem SACRA CONGREGATIO, vt præſentes Ordinationes in Valuis Baſilicarum Sancti Ioannis Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum de Vrbe, ac in Acie Campi Floræ, vt moris eſt, affixæ, omnes, ad quos pertinet, ità arctent, & afficiant, ac ſi vnicuique perſonaliter intimatæ fuiſſent; Vtq; earundem præſentium tranſumptis, etiam impreſsis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ die 21. Iunij 1625.

*Coſmus Cardinalis de Torres.*

*loco* † *ſigilli.*

Proſper Fagnanus Sac. Congr. Secr.

Anno D. N. Ieſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quinto, Indictione octaua, Pontificatus autẽ in Chriſto Patris, & D. N. D. Vrbani Diuina prouidentia PP. Octaui, Anno eius Tertio, die verò vigeſima ſecunda menſis Septembris, ſuprascripta Decreta affixa, & publicata fuerunt, ad valuas Baſilicarum S. Io. Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum de Vrbe, ac in Acie Campi Floræ, vt moris eſt, per nos Camillum Fundatum, & Fabium Æmilianum Sanctiſſ. D. N. PP. Curſ.

*Brandimartes Latinus Prælibati Sanctiſs. D. N. PP. ac S. Rom. & Vniuerſalis Inquiſitionis Curſor pro Mag. DD. Curſ.*

## De pertinentibus ad Extremam Vnctionem. Cap. VII.

CVM totius Paſtoralis curæ ſumma huc ſpectet, vt in extremo vitæ ſpiritu fidelium animæ Deo reconciliatæ in tutum ſalutis portum adducantur; nec vllo vnquam tempore ſpiritualis Medici lenimentis humana magis indigeat infirmitas; ideò Parochos admonemus, atq; obteſtamur in Domino, vt in huius Sacramenti miniſterio, in quo peccatorum expurgàntur reliquiæ, & ægrotorum animæ iucundiſsimum leuamen percipiunt, omnem pietatis affectum erga conſtitutos in extremis adhibentes ſuum munus diligentiſsimè exequantur.

Ægrotis igitur verè in mortis articulo conſtitutis, adhuc tamen ſenſu, quantum fieri poteſt, integro exiſtentibus, ſolus Parochus, vel alius approbatus Sacerdos vrgenre neceſſitate hoc Sacramentum con-



Digitized by Google

ferat, hunc q; modum obſeruare teneatur. Videlicet, Parochus ſuperpelliceo, & ſtola violacea indutus vas cum oleo infirmorum velo coopertum vtraque manu geſtabit, præcedente miniſtro, vel Clerico cum cotta Crucem ſine haſta, & aquam benedictam cum aſperſorio, ac Rituale deferente; & ſic progrediatur vſq; ad ægroti domum, in qua parua ſit menſa cum aqua illimi, & catino, in quo ſint tot partes goſſipij, vel ſtupæ lineæ, quot ſunt vnctiones faciendæ, & in alio catino ponatur mica panis pro ablutione manuum Sacerdotis. inſuper præparetur cerea candela, quæ accenſa ingens lumen præbeat: ſi verò infirmus aliam Crucem non habeat, Parochus eandem, quam ſecum detulerit, apud infirmum relinquat.

Quibus omnibus ſic opportunè diſpoſitis, ac præparatis moneat Parochus infirmum, illumq; conſoletur, vt à curis, periculis, & momentaneo vitæ huius amore ad ſpem, & ſalutis æternæ deſiderium mentem erigat: Dæmonum incurſus valida peccatorum ſuorum contritione conculcet: metum mortis, quam eſſe ſomnium conſideret, dulciſſima Paradiſi cogitatione contemnat: condonationem, ac veniam peccatorum à Chriſto Saluatore non deſperet, ſed confidenter cupiat eſſe cum Chriſto: voluntatemq; ſuam diuinæ ſubijciat voluntati, in eiuſque potentiſſimas manus ſe totum reſignet. Parochus deindè aſtantium animos ad preces pro infirmo effundendas ad Deum hortetur, & aqua benedicta ægrotum, lectumque aſpergat, poſteàq; hoc ei ſacramentum adminiſtret modo, & forma in Rituali Romano præſcripta. Præſertim verò caueat, nè ſacro hoc oleo mortuorum corpora illiniat; ſed in dubio, apponat in adminiſtratione conditionem, videlicet, ſi es viuus, per iſtam vnctionem, &c.

r: Silueſtr. n o Vnctio.n. 5. in fin. Armill.v.Vnctio.n.7.

Cum

Cum autem anima è corpore ad Creatorem euolauerit, ſubitò ab vnctione deſiſtat.

Infirmo autem peruncto, ſtupam, qua inunctas ſacro oleo corporis partes, proprioſq; digitos Sacerdos abſterſerit, nō ibidem in domo ægrotantis comburat, ſed illam in vaſe, aut ſacculo poſitam deferat ad Eccleſiam: eiuſdem combuſtæ cineres in ſacrario recondat.

Caueant præ cæteris Parochi, vt in hoc miniſtrando ſacramento omnem adhibeant diligentiam, atq; ſedulitatem, & quacunq; hora vocati fuerint, ad vngendum infirmum, nulla interpoſita mora, accedant. quòd ſi aliquem propter ſegnitiem, aut Parochi negligentiam abſq; huius Sacramenti ſubſidio ab humanis diſcedere contingat, iuxta culpæ qualitatem ſciant ſe non modò pœnas à ſacris Canonibus impoſitas, verum & alias arbitrio noſtro incurſuros.

## *De Pertinentibus ad Sacramentum Ordinis. Cap. VIII.*

OMnes, qui in poſterum ad quoſcunq; promoueri ordines voluerint, per menſem ante ordinationem, Nos, aut Vicarium noſtrum adeant pro commiſsione inquiſitionis, 2 vt eorum nominibus, & deſiderijs publicè in Eccleſia propoſitis, de ipſorum ordinandorum natalibus, ætate, moribus, ac vita, nec non patrimonij titulo ex Populi relatione exactam, certamq; habeamus cognitionem.

1 cap. coſ. de temp. ordin. in 6. Concil. Trid ſeſſ. 23. c. 8. de Reform.

2 Conc. Trid. ſeſſ, 23. c. 5. de Reform.

Parochi igitur inter Miſſarum ſolemnia bis diebus feſtiuis, formula inferius regiſtranda, Populum alloquantur. Teſtes præterea à Vicario noſtro generali examinentur, vt certiſſimis probationum documentis

3. cap. quand. 24. diſt. c. cum in ſacriſ. de elect.

tis nobis conſtare poſſit, fundum, penſiones, beneficia, aut alia huiuſmodi bona, quæ in titulum patrimonij aſsignantur, ab ipſis ordinandis verè poſsideri 4 iure dominij, ac bono titulo, & eorumdem nomine coli, ac fructus ab eiſdem percipi: nec nō vt fructuum quantitas nobis innoteſcat; ſuper quibus omnibus teſtes formaliter examinati, concludentem ſcientiæ cauſam, ac rationem afferre teneantur.

4. cap. Diaconi ſunt. §. nu. autem 93. diſt. Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 2. de Reform.

Quamobrem ſeuerißimis arbitrio noſtro iniungendis pœnis, omnibus, & quibuſcunq; interdicimus, nè fides, ac teſtimonia pro ordinandis exhibeant, niſi indubitatè, & certißimè ſciant ipſos tales eſſe, quales teſtantur.

Nè autem ſacroſancti Concilij Trid. decreta fraudolenter eludantur, ſciant cuncti, neminem ad ſacros ordines, niſi pro Eccleſiæ 2 vtilitate, ac neceſsitate nos vllatenus eſſe admiſſuros: nec minus recedendi facultatem, niſi quinquennio ſaltem tranſacto, eiſdē eſſe conceſſuros.

1 ſeſſ. 23. cap. 3 &c. 10. de Reform.
2. c. neminem. 70. diſtin.

Nullus ordinandorum preces, aut interceſsiones ad ordinationis ſuæ ſubſidia adiungat, aut interponat: aliàs per annum ab ordinatione arceatur.

Ab externis verò Epiſcopis noſtro accedente conſenſu ordinati, infra menſem poſt ſuſceptos ordines, atq; ante eorumdem ordinum exercitium teſtimoniales in actis Curiæ noſtræ Epiſcopalis redigere teneantur.

Et quia ſæpiſsimè per ſubreptionem, ac obreptionē Diœceſis noſtræ beneficia ab Apoſtolica ſede obtinentur à nonnullis eorumdem beneficiorum poſſeſſiones clandeſtinè inuadentibus; ideò, vt malignantium, ac mendacium malitiæ occurramus, diſtrictè præcipimus, ac mandamus, vt omnes ab Apoſtolicæ ſedis amplitudine beneficiorum prouiſiones conſecuti,

euti, expeditas ſuæ prouiſionis Bullas coràm nobis præſentare, & in actis Curiæ noſtræ redigere teneantur, vt earũ executio nobis, vel Vicario noſtro foraneo commiſſa legitimè expediatur.

Qui verò ordinaria noſtra auctoritate prouiſi fuerint, conceſſæ ſibi ipſis gratiæ executionem, ac beneficij prouiſionem à nobis Vicario noſtro foraneo, ac Notario ſubdelegatam ſinè expenſarum diſpendio conſequentur. qui contrà fecerint, pœnam amiſſionis fructuum annualium incurrant.

Ad clericalem tonſurã promouendi ſacro chriſmate confirmati ſint: fidei rudimenta, legendi, 1 ſcribendiq; habeant peritiam: non eccleſiaſticis cenſuris, 2 aut canonico ſint impedimento irretiti.

Non baptizati, 3 mulieres, 4 ſerui, 5 publicis rationibus, & curialibus negotijs impliciti, 6 Irregulares, 7 infames, publico notati crimine, 8 Bigami, 9 Eunuchi, 10 qui ſibi facto, aut conſenſu virilia abſciderunt, corpore vitiati, 11 aut notabiliter deformati, Nothi, 12 Vxorati, 13 Neophyti, 14 amentes, furioſi 15 energumeni, 16 ac deniq; comitiali morbo laborantes à ſacrorum ordinum limine arceantur.

1 c. illiteratos. 36. diſt. c. quando. 26. diſtin.
2 c. miror. & cap. cleric. 50. diſt.
3 c. venienſ. de Præſbit. non Bapt.
4 c. mulieres 32 diſt.
5. c. de ſeruorum, & toto tit. de ſeru. non ordin.
6 c. 1. de oblig. ad rat. non ordin.
7 c ſæpe. de temp. ord. in 6.
8 c. laici. 33. diſt.
9 c. ſi quis. 33. diſt.
10 c. ſi quis. 55. diſt.
11 d. c. illiteratos. 36. diſtin.
12 tot. tit. de fil. præsbyt.
13 extrauag. Ioan. 22. Antiquæ.
14 quoniã 48. diſt.
15 c. qui in aliquo. 51. diſt.
16 c. communiter. 33. diſt.
17 c. marit. 33. diſt.

Beneficia, penſiones, ſeù patrimonia, quæ in titulum promotis aſſignata fuerint, reſignare, extinguere, alienare, aut aliàs diſtrahere nemo audeat: niſi promotis ſufficiens aliundè ſuppetat victus. aliàs reſignationes, ceſſiones, extinctiones, aut alienationes præfatas, nullas, & irritas, ac nullum firmitatis robur obtinere declaramus. 1 Qui verò Beneficium, Penſionem, aut Patrimonium ſe obtinere falsò aſſeruerint, tamdiù à ſuſceptis ordinibus ſuſpendantur, quamdiù verè, ac realiter Beneficij, Penſionis, ſeù Patrimonij iuſtum, ac legitimum titulum, ac realem poſſeſſionem fuerint aſſecuti. Qui autem præfatæ mendaci aſſer-

1 c. Sanctorum. 70. diſtin. Conc. Trid. ſeſſ. 21. cap. 2. de Reformat.

aſſertioni teſtimonium, auxilium, ſeù conſilium doloſè præſtiterint, ad ſubminiſtranda ſic ordinato alimenta de proprijs bonis teneantur.

1 cap ſi quis. & cc. ſeq. 71. diſt. c. clericorum. 72. diſt. Conc. Trid. ſeſſ 23. c. 8. de Reform.

Exteri, & alienæ iuriſdictionis Clerici, tam ſeculares, quam Regulares, ad ſacros ordines non admittentur, niſi dimiſſoriales litteras per ſex ad ſummum ante menſes ſubſcriptas, atq; authentico ſigillo munitas à ſuo ordinario Epiſcopo attulerint.

Nemo in poſterum ex Hiſpanis, Luſitanis, Gallis, alijſq; quibuſcunque vltramontanis, & ex quibuſuis locis extra Italiam oriundis coràm nobis compareat tam ad ſacros, quam etiam ad minores ordines, vel clericalem characterem ſuſcipiendum, niſi habeat litteras dimiſſoriales ſui ordinarij à Nuntijs Apoſtolicis, ſeù collectoribus in his partibus commorantibus recognitas, probatas, & ſubſcriptas, eorumdemque Nuntiorum, ſeù Collectorum ſubſcriptiones ab Illuſtriſsimo, & Reuerendiſs. D. S. D. N. Papæ Vicario in ſpiritualibus Generali in Alma Vrbe ſimiliter examinatas, recognitas, & approbatas, ſub pœnis arbitrio noſtro infligendis.

Pariter nemo audeat pro ſuſcipiendis ordinibus ſacris afferre falſa, vel ficta, aut fiduciaria Patrimonia contra præſcriptum Conſt. S. D. Vrbani Diuina prouidentia Papæ Octaui ſub Dat. Romæ apud S. Petrum Die 11. Decembris 1626. incipientem Secretis, &c.

Animaduertant Itali, ſi qui forſan coram Nobis comparuerint, & clericali charactere inſigniri, vel ad minores ordines promoueri à Nobis obtinuerint cum falſis dimiſſorijs, etiam ſi qualitatibus requiſitis præditi ſint, nè incurrant in pœnã à dicta Conſt. inflictã, quæ eſt, ſecuta Iudicis Eccleſiaſtici declaratione, priuationis priuilegij illius fori, & ſubiectionis ſecula-

Digitized by Google

culari iuriſdictioni.

Bona Patrimonialia alicui Clerico aſsignata, & ad ipſorum titulum promoto, non ſolum à quocunque grauamine laicali ſunt exempta, donec de bonis Eccleſiaſticis ad ſui ſubſtentationem competenter ſit prouiſus, vt pluries fuit deciſum à ſacra Congregatione Sgrauaminum, & in Cancellaria noſtra Epiſcopali C. Caſtellanæ extat eiuſdem reſcriptum; verum etiam gaudent, & fruuntur priuilegijs, & exemptionibus Beneficijs Eccleſiaſticis conceſſis. Die 10. Apr. 1613. Gonzaleh ſuper 8. reg. Cancell. gloſ. 5. ſ. 10. nu. 14.

Ad tollendas omnes lites, quæ in futurum oriri poſſunt, pari modo declaramus bona relicta, & legata Eccleſijs, locis pijs, aut perſonis Eccleſiaſticis, immunia eſſe non ſolum ab oneribus publicis antè appoſitis, verum etiam apponendis à Communitatibus, ſiuè alijs. Rota corâm R.P.D. Pęnia in vna Brunduſina Galeſij 13. Fcbr. 1604.

## *De Pertinentibus ad Sacramentum Matrimonij. Cap. IX.*

SAcroſancti Matrimonij reuerentiam, ac religionem nobis omnipotens rerum omnium conditor Deus inſinuauit, cum in primo Mundi naſcentis exordio primæuos noſtros Parentes in terreſtri Paradiſo maritali vinculo coniunxit; & in lege renouatæ, ac renaſcentis gratiæ Chriſtus Dominus Matrimonium non modò propria præſentia in nuptijs Canæ Galliææ approbauit; verum inter ſeptem Eccleſiæ Sacramenta collocauit, atq; inſtituit, vt tanquam manifeſtum ſuæ cum Eccleſia coniunctionis ſignum, ac documentum relinqueret. Hinc meritò Vas electionis Diuus Paulus tanti Sacramẽti encomia breui, ſed ineffabili claudens compendio magnum illud ap- Geneſis. 2. Concil. Trid ſeſſ. 24 cap. 1 ad Epheſios. 5.

L pellauit.

pellauit. Conſequens igitur eſt,vt tantum Sacramentum, tantiſq; fœcundatum myſterijs non niſi piè, ac religioſè tractetur.

Quarè enixè moneantur fideles, vt dignè ad tanti gratiam Sacramenti accedere nitantur. & vt maiori fructu, ac deuotione fidelibus miniſtretur, his ſtatutis miniſtros inſtruendos decreuimus.

Conc. Trid ſeſſ 24. de Refor. matrim. cap. 1. §. ne verò.

Ad tollenda igitur ſcandala, quæ ex clandeſtinis matrimonijs oriuntur, omnibus Curatis expreſsè mandamus, vt bis in anno, ſcilicet Kal. Ianuarij, & prima Dominica menſis Iulij inter Miſſarū ſolemnia, populo aſtante, alta voce, ac intelligibili, materna Diœceſis noſtræ lingua, iuxta Populi capacitatem perlegant, ac publicent decretum Sacroſancti Conc. Trid. poſitum in ſeſſ. 24. cap. 1 de Reformat. Matrimonij. §. nè verò &c. in eoq; contenta obſeruent, ac obſeruari faciant.

d. cap. 1. §. id circò.

Et vt futuri matrimonij impedimenta, ſi qua fuerint, facilius patefieri, & deferri poſsint; denunciationes trinæ, quæ matrimonia præcedere debent, Dominicis, aut feſtis diebus de præcepto à Parocho fiant inter Miſſarum ſolemnia, ad quæ Populus frequentior conuenire ſolet: & inter quos matrimonium ſit contrahendum, denunciet tàm viri, quam mulieris Parochus, ſi contrahentes diuerſæ fuerint Parochiæ: Populumq; admoneat, illos, qui aliquid nouerint imminere, quo matrimonium celebrandum poſſit impediri, ſub excommunicationis vinculo ad illud reuelandum teneri, ac prorſus eſſe obligatos. Si verò dubitatio aliqua, aut difficultas ſuboriatur, quæ 1 matrimonium impedire poſſe videatur; Parochi eam ſtatim nobis deferant, diligenti peritorum examine tollendam.

1 Conc Trid ſeſſ. 24 c. 1. de Reformat. matrim.

Nunquam autem Sponſos diuerſæ Parochiæ, ſeu Diœce-

Diœceſis in matrimonium coniungant Parochi, niſi prius denunciatioues ab altero etiam Parocho ritè factas, nullumq; fuiſſe renunciatum impedimentum, fideli ſibi ipſis teſtimonio, ab ordinario, ac alienæ Diœceſis Parocho ſubſcripto, à nobis etiam pariter approbato conſtiterit.

Et quoniam matrimonia in gradu prohibito contracta, nulla ſunt; Ideò, vt certa, ſancta, atq; in gradibus permiſsis licita fiant coniugia, Parochi huiuſmodi impedimenta, & præſertim ea, quæ ex cognatione tum ſanguinis, tum ſpirituali, qualis contrahitur in Baptiſmo & Confirmatione, pariterq; ea, quæ ex affinitate, ſeù copula, tàm licita, quàm illicita prouenîunt, diligenter ediſcant, Populorumq, animis frequenter inſinuent. Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. 2. 3. 4. 5.

Quilibet Parochus iuxta S. Conc. Trid. præſcriptũ, ad conſeruandam matrimoniorum memoriam, quæ in ſua contrahuntur Parochia, librum ad hoc deſtinatum habeat, in quo denunciationes ab ipſo factas, coniugeſque ac teſtium nomina, forma in Rituali deſcripta, diligenter deſcribat. Hunc verò librum in loco tuto fideliter ſeruet, illiuſq; authenticum exemplum ſingulis annis in hac noſtra Curia conſignabit, vt perpetua matrimoniorum, quæ deinceps contrahentur, memoria in omnem poſteritatem ſeruetur. d. ſeſſ. 24. cap. 1. de Reform matrim. 5; habeat Parochus.

Si Parochus alteri Sacerdoti licentiam permiſerit ſuo nomine celebrandi matrimonium, illius celebrationi nullatenus interſit: illudq; in præfato libro adnotabit.

Tranſactis duobus menſibus à die vltimæ denunciationis matrimonij, Sponſi in Matrimonium non coniugantur, niſi iterum factis eiuſdem Matrimonij denunciationibus.

Matrimonia eodem die non contrahantur, quo fit

vltima denunciatio, niſi fortè Aduentus, vel Quadrageſima eam diem immediatè ſubſequatur.

Parochus Sponſas non coniungat in Matrimonio, niſi Sponſa caput obuelauerit, & vterq; ipſorum ea, quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, videlicet fidei articulos, vel Symbolum Apoſtolicum, præcepta Decalogi, Eccleſiæque, orationem Dominicam, atq; Angelicam Salutationem memoriter recitauerint: de quo in prima Matrimonij denunciatione Sponſos Parochus commoneat.

Conc. Trid. ſeſſ. 24. de Reform. matrim. cap. 7.

Alienigeas, exteros, ac vagantes homines ad Matrimonia in noſtra Diœceſi, ſine noſtra expreſſa facultate, ac diligenti informatione in Tribunali noſtro capienda, nullus Parochus ſub pœna ſuſpenſionis admittat.

Innoc. 3. in Concil. Lateranen. general. cap. 63.

Conc. Trid. d. ſeſſ. 24 c. 1. de Refor. matr. §. poſtremò.

Moneat Parochus Sponſos, vt antequam contrahant, vel ſaltem triduo ante Matrimonij conſummationem peccata confiteantur, & Sanctiſsimæ Euchariſtiæ Sacramẽtum percipiant, vt fœliciſſimis diuinæ gratiæ auſpicijs ſalutarem Matrimonij gratiam conſequentes, pacem ac amorem in toto vitæ ſuæ curriculo valeant conſeruare. Benedictionem verò cum celebratione Miſſæ, alijſq; iuxta Rituale adhibitis cæremonijs omninò accipiant.

Sæpè etiam in memoriam fidelium Parochus reuocare ſtudeat, Matrimonia debere eſſe libera, nec vlli impulſionis, ſeù coactionis directæ, aut indirectæ vinculo, ſub pœna anathematis, ſubiacere; ſed abſoluto liberæ voluntatis arbitrio moderari ea, quæ ſolo aſſenſu perficiuntur.

Conc. Trid. d. ſeſſ. 24 cap 9 § & cum & c. 1. §. præterea.

Et quoniam ex frequentioribus viſitationibus, quæ ſolemnem Matrimonij contractum præcedunt, ex deprauatis hominũ moribus ſæpè ſcandala, quinimmò etiam, quod peſſimum eſt, copula inter Sponſos emana-

emanare conſueuit; Ideò ante celebrationem Matrimonij in faciem Eccleſiæ, Sponſi ab huiuſmodi frequentioribus viſitationibus ſub pœna quinquaginta ſcutorum prorſus abſtineant. Quinimmò & Parochis præcipimus, vt eoſdem commoneant, ſe publicè Matrimonia non denunciaturos, niſi à prædictis omninò abſtinuerint. quòd ſi ante celebrationem Matrimonij in faciem Eccleſiæ ſe carnaliter cognoſcere auſi fuerint, non modò pecuniarijs, vt ſuprà, verùm alijs arbitrio noſtro iniungendis pœnis, ac publicis pœnitentijs, reſeruata etiam nobis abſolutione, ſubijcientur.

Primas contrahens nuptias benedicatur: è ſponſis verò contrahens ſecundas, careat benedictione.

Nuptiarum ſolemnitates, ſcilicet benedictiones, conuiuia, &c. & ſponſæ ad domum Sponſi traductio, non celebrentur ab Aduentu Domini vſq; ad diem Epiphaniæ, & à die Cinerũ vſq; ad octauam Paſchatis incluſiuè. Rituale Rom. de ſacramento matrim.

Caueant deniq; Parochi, nè Sponſos alibi quam in Eccleſia Parochiali ante altare maius, vbi etiam fiet benedictio iuxta formam Miſſalis de mane, orto iam ſole, non ante diem, coram tribus teſtibus idoneis coniugant. Et ad occurrendum difficultatibus, & controuerſijs, quæ ex præſumpto metu, ſeù vi poſſunt inſurgere; animaduertat Parochus, vt à Sponſis per explicita verba affirmatiua, & non per modeſtum tantummodò ſilentium, eorum exigat voluntatem, & aſſenſum. Cætera verò omnia, quæ ad legitimam Matrimonij celebrationem pertinent, religiosè, ac modeſtè fiant, amotis iocis, riſu, verbis inhoneſtis, alijſque ſimilibus nugis: omni deniq; vſu indecoro, alijſq; huiuſmodi rebus penitus excluſis. Hoc enim Sacramentũ, quod ſanctum eſt, ſanctè tractari debet. c. ſi quis diuinis c. noſtrates. 30. q 5.

SESSIO

# SESSIO QVARTA.

## *De Sacroſanctis Eccleſiis, & earum cultu.* *Cap. I.*

DOMVM Dei, in qua Sacroſancta perficiuntur myſteria, & Deus ipſe cum hominibus habitans de præpotenti, excelſoq; ſuæ gloriæ ſolio ſupplicantium preces exaudit, non ſolum decet ſanctitudo, ſed etiam decor: cum illam omni cultu, ornatuq; miro viſendam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo Ioannes Apoſtolus deſcribat.

Pſalm. 92.

Apocalypſ. 21.

Decretis igitur in generali viſitatione anni præteriti factis inhærentes, hæc præſcribenda ſtatuimus, quæ ad frequentiorem Eccleſiarnm vſum, & ornatum neceſſaria, & opportuna eſſe duximus.

c. nemo. c. hic ergo de Conſecr. diſt. 1. c. quicunq. 16. q. 1. Clemen. 8. in Bulla incip. quoniã ad inſtitutionem 23. Iulij. 1603. Greg. XV. & Sacr. Congr. Regul. ſub die 17. Aug 1621. Vrbanus 8. in Bulla, quæ incip. Romanus Pontifex. ſub die 28. Aug. 1624.

Quarè nullæ Eccleſiæ, oratoria, Capellæ, aut Religioſorum Monaſteria de nouo, ſine noſtra facultate in ſcriptis obtinenda, ædificentur, aut conſtruantur, & niſi prius omnia, ac ſingula in Conſt. S. D. N. Vrbani Octaui præſcripta præcedant. In Eccleſijs verò, Oratorijs, ſeù Capellis iam exſtructis, & noſtræ iuriſdictioni ſubiectis nihil magni momenti deſtrui, reædificari, innouariuè mandamus, ſub pœnis arbitrio noſtro incurrendis.

Eccleſiæ autem iam vetuſtate conſumptæ, aut collabentes, infra ſex menſes à preſentis Conſtitutionis publicatione decurrendos, iuxta competentes facultates reparentur. aliàs etiam contra earumdem Eccleſiarum Rectores vſq; ad beneficiorum priuationem,

nem, ſeruata S. Conc. Trid. forma, exactiſſimè procedetur. Præfatæ verò Eccleſiæ iam dirutæ, ſi reparari non poſſint, prophanis vſibus nunquam deſeruiant; ſed ad perpetuam Eccleſiæ iam ibi ædificatæ memoriam Crux in medio ponatur. Conc. Triden. ſeſſ. 7. cap. 8. & ſeſſ 21. de Reform. cap. 7. & 8.

Archipresbyteri, & Parochi omnes curent, vt tam foris quam intus, parietes, omneſq; aliæ Eccleſiæ partes ab omnibus immunditijs expurgatæ, atq; emundatæ conſeruentur. frumenta verò, ligna, aut alia huiuſmodi intra Eccleſiam ſub quouis prætextu non admittant. Octauo quolibet die diligenter verratur, & in ſolemnioribus feſtis, & ſemel in menſe ab aranearum telis expurgetur. quòd ſi in his Sacriſta negligens fuerit, pro qualibet vice per hebdomadam carceris pœnam habeat.

In Eccleſia, præſertim cum diuina celebrantur officia, vel diuinum Verbum prædicatur, nemo deambulare, nugari, circulos habere, negotiari, alloqui mulieres, Altaribus, fontibus Baptiſmi, & aquæ benedictæ adhærere, in limine, aut ante fores immorari auerſus à ſacroſancto Euchariſtiæ Sacramento, ſeù, quando in Miſſæ ſacrificio eleuatur, irreuerenter ſedere audeat. Omnia verò, & ſingula, quæ diuina officia turbare, vel diuinæ maieſtatis cultum offendere poſſunt, prorſus amoueantur, nè vbi peccatorum venia eſt imperranda, ibi diuinæ vltionis iuſtitia irritetur. In quibus omnibus ſaluberrimam fel. rec. Pij V. Conſtitutionem obſeruari mandamus. qui verò contrafecerint, à Rectore vel alio Eccleſiæ miniſtro moneantur, & ſi non paruerint, aut ab Eccleſia expellantur, aut à diuinis ceſſetur. quòd ſi neutrum commodè perfici poſſit, ad nos, vel Vicarium noſtrum ſtatim deferantur. Conc. Trid ſeſſ 22. de obſer. in celebr. miſſ 5. ab eccleſijs. In Bulla. quæ incip. cum primum. anno ab Incarnat. 1565. Kal. Aprilis. in Veteri Bull. n. 5.

Illud præ cæteris hominũ animos ad reuerentiam

ac

Fucenius 2. & Leo 4. in Synodo Rom. cap. 41.

ac religionem in Eccleſia ſeruandam commonere debet, quòd ſcilicet Deus ſcrutator eſt cordium: omnes reſpicit cogitationes: omnia denique verba, etiam otioſa enumerat. Illudque præcipuè humanas mentes à negotijs in Eccleſia Dei tractandis auertat, quòd Chriſtus Dominus noſter ementes, ac vendentes licita ſibi in templo offerri, non impudicos, rixoſos, non icoſa aut turpia proferentes verba, funiculo è templo eiecit.

Ioannis. 2.

Nemo venaticos canes, aut volucres, haſtas, ſclopetos, baliſtas, aliaq; huiuſmodi armorum genera audeat in Eccleſiam inferre.

Pauperes verò ad quæſtum nè diuagentur per Eccleſiam, ſed in foribus Eccleſiæ tenuitati ſuæ petant ſuffragia. in hoc Sacriſtæ etiam Regulares diligenter inuigilent, ſub pœnis in Conſtit. fel. recor. Pii V. contentis.

Ead. Bulla. Pij. V. 5. in Bull.

## *De præcipuis Eccleſiæ partibus, & de Pauimento.* Cap. II.

Eccleſiæ, Capellarumq; pauimenta vbiq; ſint plana, & æqua, non foueis corroſa, aut rimis diſiuncta, vel tuberculis eminentia, ſed laterculis coctilibus ſternantur, in quibus neque Crucis, neque aliarum ſacrarum imaginum, aut aliquarum eiuſmodi rerum, quæ ſacri myſterii typum præ ſe ferant, imagines exprimantur.

Nunquam pro ſepeliendis defunctorum cadaueribus, aut pro capſis reponendis effodiantur, ſed mortuorum corpora deſtinatis condantur ſepulchris, quæ marmoreo lapide plano, & integro, ac ad arcendum fœtorē benè clauſo operiantur, vel in cœmeteriis ſolitis humentur, ſub pœna interdicti eo ipſo incurrenda:

De

## De foribus.

IN facie Eccleſiarum, præſertim Parochialium ſupra oſtium maius Sancti, Sanctæuè Titularis, decorè, religioſèq; pingatur imago. quòd ſi Eccleſia Annunciationis, Aſſumptionis, vel Natiuitatis B. Virginis titulo nuncupetur, eiuſdem Beatiſs. Virginis ſecundum myſterij rationem effigies exprimatur.

Valuæ, aut oſtium ex nuceis, ſiuè alterius generis aſſeribus decenter conſtruantur, quæ non ornamentum modo, ſed & fortitudinem habeant. peſſulis, ſeris, clauibuſq; firmiſſimè muniantur, vt opportunè claudi ad prohibendum ventis, ac imbribus ingreſſum, & ad purioris aeris admittendam temperiem ſereno Cœlo poſsint reſerari. Oratoria verò campeſtria cancellis omninò muniantur. quòd ſi Dominorum paupertas prohibeat, penitus diruantur, & eorum materia, ſiuè cæmenta iuxta S. Conc. Trid. præſcriptum Parochiali Eccleſiæ applicentur. c. clerof. 21. diſt. c. perlectis 25. d ſt. c. 1. & 2. de off. cuſt. Seſſ. 21. cap. 7.

Pro facili autem, ac diligenti Eccleſiarum cuſtodia præcipimus, vt ſub primam noctis horam, ac finitis officijs, fores claudantur, & in Aurora aperiantur. In nocte verò nunquam apertæ maneant, niſi aliqua pro ſacramentis miniſtrandis vrgeat neceſſitas, vt improbis patrandorum facinorum in Eccleſijs ſubtrahatur occaſio. Si in his Sacriſta, aut Oſtiarius defecerit, pro qualibet vice per hebdomadam carceris pœna mulctetur. & ſub eiſdem incurrendis pœnis, quando Eccleſia eſt aperta, ipſe, vel alius Clericus ad Eccleſiæ cuſtodiam aſſiſtat.

In Sacrario nullus vel die, vel nocte, nè ad captandam quidem quietem obdormire audeat, ſub pœna ſcutorum quinq; pro qualibet vice.

M De

## *De vaſe Aqua Benedicta.*

VAS ad luſtralis aquæ conſeruationem, ex marmore, aut aliquo alio ſolido lapide extruatur: atq; in ipſo Ecclesiæ ingreſſu prope portam ad latus dexterum ingredientium decenter erigatur, & aptetur; eidemq; aſperſorium alligetur. Si verò Eccleſia plures portas habuerit, cuilibet vas mediocre ſaltem apponatur.

## *De feneſtris.*

FEneſtræ ità extreuantur, vt nemini per illas intra Eccleſiam pateat aſpectus. ſint forma oblonga: feneſtra tamen ſuperior in facie, quam Eccleſiæ oculum appellamus, rotunda ſit: inferiores, ſi quæ fuerint, cratibus ferreis muniantur. omnes verò vitreis ſpecularibus, aut ſaltem cerata tela obſerentur.

## De *Altaribus, & Capellis.*

c. Eccleſiæ de Cõſec. diſt. 1. c altaria. diſt. 1. de Conſec.

ALtaria de nouo erigere, aut antiqua de loco ad locum transferre, etiam portatilia, ſine noſtra licentia nullus audeat. quæ indotata ſunt, niſi decenter linteis, ac pallijs coóperta, alijſq; inſtructa ornamentis fuerint, penitus diruantur. non lignea, ſed lapidea, vel ex opere lateritio conſtructa ſint, latitudinis trium palmorum, longitudinis ſeptem, altitudinis quatuor.

Rub. Miſſ. c. 20.

Vnumquodq; altare, ſi totum cõnſecratum non fuerit, aram habeat, ſiuè altariolum paruum lapideũ conſecratum, ſiuè ligno circundatum, ſic aptatum, atq; accommodatum, vt ſuper eodem hoſtia conſecrata,

crata, & calix percommodè collocetur, dum ſacroſanctum Miſſæ celebratur ſacrificium, cum ſacram crucem repræſentet. Super altari collocetur Icona, ſeù alicuius ſancti illius Titularis imago decenter depicta, nulla ex parte corroſa, aut deprauata, antequam tela ductilis ſuſpendatur, qua opportunis temporibus Sacra Imago poſſit cooperiri, aut velari. Inſuper imponantur duo candelabra ex orichalco, vel ligno propolitè, & decenter depicta: ferrea prohibemus omninò. Crux ponatur in medio vnà cum ſecretorum tabella Mappas, ſeù tobaleas tres ad Miſſæ ſacrificium neceſſarias, pallium ex ſerico, vel alia idonea conſtructum materia, ſcabellum paruum, ſeù puluinar Miſſali ſupponendum: nec non bradellam ità firmatam, vt Sacerdotum, & Miniſtrorum pedibus conculcata non obſtrepat, aut crepitet: telaria deniq; pro extēdendis pallijs ſine ruga altaria debent habere cum vncinulis ferreis in parte ſuperiori, & inferiori, vt benè firmentur.

Altare verò maius, cæteraq; minora, quæ fornicibus non ſunt cooperta, baldachino operiantur.

Et quia in Viſitationib' nuper factis inuenimus nonnullos ſibi iura in quibuſdam altaribus competere prætendentes, quibus diuerſos ad probanda, ac deducenda eorum iura terminos aſſignauimus; ideò à præſentis Cōſtitutionis publicatione, alios duos menſes aſſignamus, vt legitimè deductis ipſorum iuribus de neceſſarijs rebus præfata altaria prouidere poſſint. aliàs ad tollendam ab Eccleſia Dei talem indecentiam, deſtruentur, vel volentibus illa de opportunis prouidere concedentur.

Pro maioris Altaris ornatu, præter ſolitum tabernaculum, in quo ſacroſancta Euchariſtia aſſeruatur, ſex adſint candelabra, præſertim in Cathedralibus, &

Collegiatis. In Parochialibus verò ſaltem quatuor ex orichalco, vnà cum Cruce ex eadem pariter materia: quæ gradu ligneo decenti colore depicto, latitudinis vnciarum ſex aut ſeptem, & altitudinis vnciarum trium cum dimidio ſuſtententur.

Quodlibet Altare habeat telam cæruleam, aut viridem ad operiendam menſam poſt Miſſæ celebrationem, vt mappæ à puluere ac ſordibus facilius poſſint defendi, ac mundæ conſeruari. à latere Epiſtolæ candelabrum grandius muro affixum, ſiuè ligneum ornatè depictum, ſiuè ex orichalco extructum locetur, cui intorticium in eleuatione ſanctiſſimi Sacramenti accendendum imponatur.

## De Tabernaculo.

TAbernaculum non è tabulis, aut aſſeribus nuceis, vel alijs, quæ humiditatem gignunt, ſed ex populeis, aut ſimilibus perpolitè elaboratis, ac religioſarum imaginum ſculptura affabrè exornatis, atq; inauratis extruatur. in illius medio armariolum aptum, & ornatum cum oſtiolo ſera, clauiq; munito pro ſacræ Pyxidis cuſtodia ædificetur, quod panno ſerico albi, vel purpurei coloris intus ab omni parte circumueſtiatur. clauis ſit inaurata, & filo ſericeo vnà cum floſculo ſuſpendatur. quod idem etiam fieri poteſt in gradu ligneo, ſuper quo repoſitum eſt tabernaculum pro collocanda Pyxide ſaltem in communionibus generalibus. Ad ornamentum tabernaculi ſint conopea ſericea, aut iuxta Eccleſiæ facultates ex alia decenti materia, omnium colorum, quibus iuxta temporum varietatem vtitur Eccleſia.

In Tabernaculo ſola Pyxis cum Sacramento reponatur ſuper corporale extenſo, quod ſaltē bis in anno

muta-

mutabitur. ſub eodem Tabernaculo, aut in parte anteriori, aut in poſteriori, ſiuè à lateribus, nulla alia extruantur armaria, nec etiam pro ſupellectili Eccleſiæ aſſeruanda.

## De *Lampadario*.

LAmpadariũ ante Sanctiſs. Euchariſtiæ Sacramentum ſemper accenſum luceat. ſit ex orichalco: ſemper mundum vnà cum vaſculo vitreo conſeruetur: non à latere, ſed è conſpectu altaris appendatur; adeòq; ab inferiori Altaris ſcabello, ſeù bradella diſtet, vt Sacerdotis, aliorumq; miniſtrorum veſtes delabentis olei ſtillicidio (quod præcauere debet omninò Sacriſta) non maculentur: in diebus ſolemnioribus ante officij inchoationem accendatur: finito autem officio extinguatur.

## De *Reliquiarijs*.

VT Sanctorum Reliquijs debita reuerentia iuxta S. Conc. Tridentini decreta ab omnibus exhibeatur; decernimus, vt in loco ad id opportunè præparato, ac deſtinato decenter conſeruentur. locus verò huiuſmodi ſericeis pannis purpureis vndiq; circumueſtiatur, atq; exornetur, & oſtiolo duabus clauibus munito firmiter claudatur. Clauium altera penes Sacriſtam maiorem, ſeù Camerarium, altera penes Archipresbyterum in Collegiatis, & Cathedralibus exiſtentem, in Parochialibus verò penes Curatum, & Vicarium foraneum deponatur: Extrinſecus verò feneſtella picturis formam conopei exprimentibus ſit decorata, cum inſcriptione in eodem oſtiolo, ſiuè pariete, litteris grandiuſculis efformata (Reliquiæ

Conc. Trid ſeſſ. 25. de inuocat. & venerat. Sanctor.

quiæ Sanctorum.) vt fideles in ſuis calamitatibus, & anguſtijs ad hunc locum, ad præſidia Sanctorum, quorum ibi aſſeruantur Reliquiæ, inuocanda poſſint confugere.

Eidem feneſtellæ tabella appendatur, in qua ipſarum Reliquiarum ſit index deſcriptus vnà cum antiphona, Verſiculis, & oratione opportunis.

Conc. Lateran. ſub Innoc. 3. Can. 62.

Reliquiæ omnes pretioſis vaſculis iuxta earundem quantitatem, & qualitatem repoſitæ exornentur: nec vnquam niſi decenti ornatu decoratæ in publicum exponantur.

Cum verò proponuntur, è proprijs vaſculis non extrahantur, nec manibus præcipuè laicorum tractentur, aut tangantur; ſed conſuetis repoſitæ vaſculis, & in maiori Altare collocatæ religiosè venerentur. Et Sacerdos, qui ſolemnioribus feſtis illas oſtendet, ſtolam & cottam induat, intorticijs prius iuxta Eccleſiæ facultates pluribus accenſis, hymniſq; in eorumdem Sanctorum honorem, quorum ibi manent reliquiæ, deuotè cantatis.

Conc. Trid. ſeſſ. 25. de vener. Reliq.

Reliquiæ incertæ, quæ vel nomen, aut antiquam, certamq; traditionem non habent: ſicuti etiam illæ, quæ de nouo reperiuntur, aut tranſportantur, nullo modo etiam à Regularibus, niſi obtenta prius à nobis facultate, exponantur, ac ſecundum Concilii Tridentini præſcriptum nobis oſtendantur, vt adhibito peritorum, piorumque conſilio, ac præuia diligenti viſitatione, atque examine, quid de illis agendum ſit, maturè decernatur.

Conc. Lateran. ſub Innoc. 3. can. 72.

Ante Reliquiarium ſemper vna ſaltem lampas ardeat. ſi qua verò in Eccleſia integrum corpus Sancti alicuius, vel magna illius pars aſſeruetur, iuxta Eccleſiæ facultates plura ardeant luminaria.

De

## De Sacris Imaginibus.

SAnctorum Imagines, quæ in Eccleſiis, Oratoriis, ſeù viis publicis depictæ, nimia vetuſtate, aut alia de cauſa conſumptæ, vel corroſæ cernuntur; aut inſtaurentur ab iis, quorum intereſt, aut omninò deleantur. in iis pingendis nihil prophanum quoad veſtitum, vel quoad corporis forma, ſiuè procacitatem admiſceatur. Moneantur fideles, & præſertim Patres familiàs, vt amotis è domo obſcœnis, ac prophanis imaginibus, earum loco ſacras Chriſti D. N. eiuſque Sanctiſs. Genitricis, ac Sanctorum imagines ſubrogare ſtudeant: ſatiuſq; eſſe ducant, eos eligere ad domus ornàtum, quibus eiuſdem domus tutelàm piè, ac deuotè, vt Chriſtianos decet, poſſint commendare.

## De oleis Sacris, eorùmque Vaſculis.

IN pariete à latere Epiſtolæ, vel Euangelij Altaris maioris conſtruatur feneſtella eiuſdem formæ, cuius erit altera Reliquiarum cuſtodiæ deſtinata. eodemque modo exornetur cum inſcriptione ſimili litteris pariter grandiuſculis expreſſa. Olea Sancta.

In qua feneſtella olei Infirmorum, Sacri Chriſmatis, & Cathecumenorum diſtincta vaſcula in capſula claue munita, & corio decocto circumtecta conſeruentur pro accipiendis oleis quolibet die Iouis Sancti à nobis, & non ab alijs: quibus conficiendis interueniet vnus è Canonicis Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, vel Parochus Terræ, vel ſaltem Miniſter aliquis ſacris ordinibus inſignitus ex qualibet Terra, iuxta reſcriptum S. Congr. Concil. Tridentini: eaq; Parocho

C Caſtell. & Hortanæ 8 Iunij 1624.

Parocho ipſi, ſeu alijs, quibus tradenda ſunt, fideliter tradentur, ſub pœnis arbitrio noſtro incurrendis.

Parochus ſimiliter habeat duo alia vaſcula parua, ſimul iuncta, pro oleis Chriſmatis, & Cathecumenorum: quæ in alia capſula ſimili pro vſu quotidiano aſſeruentur, & in baptiſterio detineantur..

Habeat prӕtereà aliud vaſculum ſeparatum cum oleo Infirmorum, quod in præfata feneſtella reponatur.

Ad illud verò Infirmis deferendum, fiat burſa ſerica violacei coloris cum cordulis ſericeis aptè inſertis, quibus collo Sacerdotis appendi poſſit, dum extremam miniſtraturus vnctionem ad Infirmos progreditur.

Vaſcula verò prædicta ex argento,vel ſtanno, non autem ex vitro conficiantur, optimèq; claudantur, vt effuſionis periculum euitetur.

Cuilibet etiam vaſculo propria apponatur inſcriptio. Vaſculo Chriſmatis inſcribatur. CHR. Vaſculo Cathecumenorum. CATH. Vaſculo Infirmorum. INF.

Olea vetera iuxta Sanctorum Canonum diſpoſitionem quolibet anno comburantur: non in Lampadario, ſed cum bombyce: cinereſque in ſacrario reponantur.

Quòd ſi aliquo detentus impedimento, non poſſit Parochus ad ſacram functionem ſtatuto tempore accedere, præſertim vbi eſt ſolus, nec vllum ſocium habet; hoc caſu illius perſonam à functionis præſentia, non autem à neceſſaria oleorum ſuſceptione eximimus.

In die verò Sabbati Sancti, in fonte oleis veteribus non vtatur; verbaq; in Miſſali præſcripta, nempè. Infuſio Chriſmatis, &c. differat in oleorum nuper accepto-

acceptorum infuſionem, niſi fortè aliquis eſſet baptizandus. Sacrorum verò oleorum infuſio fiat in Vaſculo, in quo aqua pro puero baptizando aſſeruatur, non autem in fonte.

## *De Baptiſterio.*

VAS Baptiſmale fiat è marmore, ſolidouè alio quouis lapide, non ſpongioſo, aut porroſo, ſed intrinſecus optimè leuigato; operimentoq; ligneo formæ pyramidis ex firmis aſſeribus contegatur, & valuæ ſera, clauiq; firmiter claudantur, & conopeo, ſeù baldachino decenti extrinſecus ciborium circumueſtiatur, vel operiatur.

In ſuperiori huius ciborij parte intrinſecus ſit armariolum, in quo condantur Chriſmatis,& Cathecumenorum olea, ſuis concluſa vaſis, inſuper vas ſalis, & reliqua, quæ ad Baptiſmi adminiſtrationem pertinet ſupellex, reponatur. Conc. Trid. ſeſſ. 3. 5. cap. 2. aqua tandem.

In ipſo fonte, vel iuxta eum fiat piſcinula perforata, cuius os latè pateat: per quam delabatur aqua, quæ ſuper caput Infantium, dum baptizantur, infunditur, nè in eundem fontem cadat, ad euitandum fœtorem, & corruptionem aquæ baptiſmalis. indecentiſſimum enim eſt puriſſimæ huius Sacramenti materiæ ſordida, vel immunda admiſceri.

Fons Baptiſmalis cancellis, ſeù balauſtris ligneis circumſæpiatur, idq; tam longè, lateq; pateat, vt perſonas in Sacramenti adminiſtratione neceſſarias commodè poſſit continere. Cancelli verò oſtio peſſulum ſera, clauique munitum addatur, ſi commodè fieri poterit.

N De

## De Sacrario.

IN qualibet Eccleſia, in qua ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium peragitur, Sacrarium ex lapide ſolido concauum conſtruatur: in fundoque habeat latum adeò foramen, vt immittenda facilè recipiat, atq; in ſubterraneam ciſternulam commodè tranſmittat.

In Parochialibus extruatur intra Cancellos fontis Baptiſmalis, ligneoq; tegmento, vel ſi in pariete conficiatur, feneſtella pariter lignea operiatur, quæ ſera, clauiq; munita firmiter claudatur.

Sacraria in Altaribus exiſtentia remoueantur, & quæ ad præſcriptam formam, duorum menſium ſpatio, redacta non fuerint, penitus deſtruantur.

## De Suggeſto.

IN qualibet Parochiali decens Suggeſtus ex tabulis ſectilibus, aut aſſeribus validis à latere Euangelij, vel alio commodiori loco, iuxta ſitum Eccleſiæ conſpicuo, ædificetur, in quo Concio habeatur, & in ſolemnioribus Euangelium decantetur.

## De Confeſsionali.

PArochiales Eccleſiæ tot habeant Confeſſionalia, quot ſunt Sacerdotes audiendis confeſſionibus deſtinati.

Confeſsionale ſit à tergo, ab vtroq; latere, & à parte ſuperiori aſſeribus contectum: à parte verò anteriori ſit apertum, ac patens. Illius baſis, cui pedibus inhæret Sacerdos, ſaltem trium vnciarum altitudine à terra emineat, in eoq; ſedes pro Confeſſario, ac genufle-

nuflexorium pro Pœnitente collocetur vnà cum Imagine D. N. I. Chriſti Crucifixi, vel alicuius alterius Sanĉti, ac Bulla Cœnæ Domini, & caſibus poteſtati noſtræ reſeruatis.

In Ruralibus verò ità Confeſſionalia conficiantur, vt ſaltem intermedia aliqua tabula cum ſua crate perforata, Confeſſarij, ac Pœnitentis perſona diſtinguatur. adſit prætereà eadem ſedendi, ac genufleĉtendi neceſſaria commoditas.

## *De Sepulcris, ac Funeribus.*

NE' Defunĉtorum tumulis Eccleſiæ pauimenta deformentur, ea, quæ ſuprà de Eccleſiæ pauimento mandauimus, obſeruentur.

Laicorum ſepulcra, aut depoſita ſine ſpeciali noſtra, aut Vicarij noſtri Generalis facultate, nulla ædificentur, eaq; nec propè Altaria, nec minus ſub Altaribus extruantur. ſi qua tamen iam extruĉta præfatis locis reperiantur, amotis prius oſſibus, ac cineribus claudantur.

cap. præcipiendum XIII. quæſt. 2. cap. non oportet.

Pro tumulandis abortiuorum animatorum corporibus locus aliquis propè Eccleſiam, non tamen conſecratus aſſignetur: quamuis enim ad communem fidelium participationem diuinæ gratiæ ſuffragijs deſtitutos non admittamus; non tamen humanæ pietatis religionem erga creatarum à Deo animarum habitacula poſſumus denegare.

Ceræ omnes, quæ circa feretrum afferuntur: quæ in Altaribus, ac ſuper ſepulcris in die commemorationis omnium defunĉtorum, ac aliarum exequiarum ſolemnitatibus accenduntur, ità Deo oblatæ eſſe intelligantur, vt Sacriſtiæ eius Eccleſiæ, in qua cadauer humatur, vel Officium celebratur, ſemper acquiran-

San Carolus in 2. parte decret. prouinc. de funer.

tur, & ſint addictæ. Hoc verò decretum à Parochis in ſuis Eccleſijs quamprimum volumus publicari, nè ignorantiæ prætextus lites, & controuerſias foueat. In candelarum verò diſtributionibus, in funeralibus Defunctorum, ac quartæ funeralis ſolutione antiquæ ſeruentur conſuetudines.

Pro exequijs pariter celebrandis, Miſſiſq; in Mortuorum expiationem decantandis, antiqua ſeruetur conſuetudo: quæ ſi non adſit, Sacerdoti Miſſam celebranti pro eleemoſyna iulios duos aſſignari decernimus. alijs verò Sacerdotibus, qui interſunt, baiochos quinq;, alijſq; Clericis, tam ſacris, quam minoribus ordinibus inſignitis baiochos duos cum dimidio pro qualibet vice aſſignamus. quod etiam in Confraternitatum exequijs obſeruari mandamus.

In Cerarum diſtributione in funeralibus, Parochi ſolitam habeant portionem. in reliquis verò diſtributio fiat Conſanguineorum arbitrio, vel eorum, quibus funeris cura fuerit demandata.

Mulieres in Virorum, aut Conſanguineorum morte, Domi ſine Miſsis non audeant permanere; ſed eas diebus feſtis omninò volumus ſacroſancto Miſſæ ſacrificio intereſſe. Eiſdem præcipimus, nè ſub Excommunicationis pœna Defunctorum cadauera ad Eccleſiam comitentur; ſed domi lacrymas ſiſtant, & lamentationes.

Defunctorum cadauera in Eccleſiam recto tramite deferantur, nec ante Eccleſiarum ianuas oſculanda deponantur.

a Iulij. 1620 ſub his verbis, Debere Regulares ad parochialem Eccleſiam accedere, vbi clerus congregari conſueuit.

In aſſociandis Mortuis, etiam ijs, qui in Regulariũ Eccleſijs tumulantur, ipſi Regulares, præcedente Parochi conſenſu, ad Cathedralem Collegiatam, vel Parochialem, ſub qua eſt Defunctus, iuxta formam declarationis S. Congregationis Concil. cum Cruce

ſua

ſua accedere teneantur.

Si verò alij Parochi inuitentur, Defuncti Parochus Stolam afferat, alioſq; præcedat, præter Cathedralis, vel Collegiatæ Canonicos. & cum ad Eccleſiam, in qua Defunctus erit ſepeliendus, peruentum fuerit; Defuncti Parochus ſtolam deponat, illamque aſſumat Presbyter Eccleſiæ, in qua Defunctus erit ſepeliendus: & inuitato Capitulo, vel parte ipſius, poſſint omnes Canonici adire, inter quos fiat diſtributio ſolitæ eleemoſynæ pro æquali portione.

## De *Paruulorum Sepultura*.

PRo Paruulorum, qui baptizati intra ſeptennium decedunt, corporibus ſepeliendis, in quacunque Eccleſia iuxta Romanum Rituale ſepulcrum aſsignetur; in quo adulti non admittantur. In ijs verò ſepeliendis, Crux ſine haſta deferatur; campanæ minores pulſentur in ſignum lætitiæ, & gaudij: cantus, & feſtiui pſalmi recitentur: flores ſpargantur, & herbarum ſerta, florumque corollæ funeri, defunctoque paruulo imponantur, cuius animam credimus ad ſupremas beatorum ſedes euolaſſe.

Pro iiſdem Paruulis ſolum celebretur Miſſa de Sanctiſsimo Sacramento, aut de Spiritu Sancto, aut de B. M. Virgine, ſeù de Angelis cum orationibus pro gratiarum actione.

## De *Cœmeterijs*.

COemeteria in honore habeantur, ac religioſè cuſtodiantur: ideò vndequaq; claudantur, & in eorum ingreſſu Crates lapidea, vel ſaltem lignea apponatur, nè in Cœmeterij penetralia animalibus pateat

aditus.

aditus. Inſuper oſtio valuis, peſſulis, clauiq; munito, firmiter obſerentur; nec vnquam aperiantur, niſi cum Defunctorum cadauera erunt inferenda. Si quæ non ſint conſecrata, conſecrari ſubitò mandamus.

In medio Cœmeterij Crux ferrea, ſeù marmorea, aliouè quouis ſolido lapide conſtructa collocetur, & Columnæ lateritiæ imponatur, vt loci religio omnibus innoteſcat.

Vites, arboreſque omnes præter cupreſſus indè amoueantur: vrticæ, ſpinæ, vepres, ac alia huiuſmodi penitus eradicentur, etiamſi nulla Defunctorum corpora in poſterum illic ſint ſepelienda.

## *De Campanis.*

Num. c. 10.

Pont. Rom. de ben. Camp.

Rota Rom.

CAmpanæ, quas Epiſcopus velut Dei, Eccleſiarumq; tubas benedixerit, nullo modo ad vſus prophanos deſeruiant: excepta conuocatione conſiliorum, & ſimilium, vbi adeſt conſuetudo. Itaque prohibemus quibuſcunque Iudicibus, ſub pœnis arbitrio noſtro iniungendis, nè audeant in bannis ſuis imponere, vt pulſata Campana Aue Mariæ Mortuorum, vel aliorum officiorum, nemo ſine lumine per Ciuitatem, ſeù Terram deambulare præſumat, vel ſimilia præcipere. quæ non ſunt conſecratæ, omninò conſecrentur.

Concil. Lateranen. ſub Leone X. ſeſſ. 11.

S. Congreg. Regul. ſub die 10. Octobris. 1586.

In Sabbato Sancto nulla Eccleſia, etiam Regularium, audeat pulſare Campanas, niſi prius in Maiori Eccleſia ſignum factum fuerit. qui contrà fecerint, iuxta lateranenſis Concilij, & Sacræ Congregationis decretum pœnam ſcutorum 100. ſe nouerint incurſuros.

Vbi Parochus Parochiani ſui obitum intellexerit, campanam eodem pulſabit modo, quo conſueuit ſaluta-

lutationem Angelicam Populorum auribus inſonare. addat prætereà intermiſſos aliquos pulſus, quibus Populo orationem pro Defuncto habendam inſinuet. In perſonandis autem pro Mortuo Campanis, Ciuitatum, locorumque antiquæ, ac ſolitæ conſuetudines obſeruentur: præſertim, dum cadauer è domo ad Eccleſiam efferetur.

## *De Choro.*

IN Choro Armarium conſtruatur, in quo libri Eccleſiæ ad pſalmodiam, aliumq; Chori vſum conſeruentur, pariterque lectorile. ad vſum verò Chori ſint Pſalmiſtæ, Antiphonaria, Graduale pro toto anno, Martyrologium, & Breuiaria ſaltem duo cum ſuis ſignaculis, quibus inuenta annotentur. chartarum flexionē pro notandis inuentis omninò prohibemus.

## De *Sacriſtia, & Sacriſtis.*

IN qualibet Parochiali Eccleſia, quæ locum pro Sacriſtia deſtinatum non habuerit, Sacriſtia ædificetur, quæ oſtio firmis valuis, peſſulo, ſera, clauique munito claudatur.

Extruatur præterea Armarium, quod capſulas ductiles habeat longè, latèq; patentes, in quibus iuxta locorum varietatem, ac ſitum Indumenta ſacra expanſa, diſpertitaque ordinatim, ac perpolitè cuſtodiantur. c. nemo de Cōſec. diſtin. 1.

Adſit præterea lauacrum, aut ſcytulus cum labello, ac manutergio ad abluendas, atque abſtergendas Sacerdotum manus ante & poſt celebrationem: nec alij in eodem lauentur, nec abſtergantur, ſub pœna vnius ſcuti pro qualibet vice Sacriſtiæ applicandi. Inſuper

ſuper

ſuper genuflexorium ante Imaginem Saluatoris,illius Paſſionem repræſentantem ponatur cum tabella orationum pro præparatione Miſſæ, vbi Sacerdos celebraturus animum ad tanti myſterij contemplationem colligere poſſit in oratione, ac gratiarum actione. nec non opportuna ibi ſedes collocetur pro Confeſſario, qui Sacerdotum reconciliationes audire poſſit.

Vaſa, Veſtes, aliaq; huiuſmodi ornamenta iuxta Eccleſiarum facultates,ac reditus in Eccleſijs habeantur: quorum omnium, ac ſingulorum diſtinctum fiat Inuentarium, in Cathedrali, & Collegiatis Maiori Sacriſtæ vel Camerario, in Parochialibus verò Sacriſtæ Minori, aut ipſimet Parocho conſignandū: quod in libro ad id deſtinato regiſtretur vnà cum nota, ac deſcriptione rerum omnium, quæ ſuperuenient, vt omni tempore cuilibet Eccleſiaſtica ſupellex innoteſcat.

Eccleſiaſticam verò, ſacratamq; ſupellectilem nemo ad prophanos vſus audeat accommodare, ſub pœna ſcutorum X. pro qualibet vice incurrenda; ſed integra, munda, ac perpolita, ſuis aptè diſpoſita locis, decenter à ſordibus, ac puluere cuſtodiatur. linea frequenter abluatur,ac dealbetur: Purificatoria verò, ac Corporalia ab ipſis ſolummodò Sacerdotibus, aut Clericis ſacris ordinibus inſignitis lauentur. eorum verò ablutiones in piſcinulam, ſeù Sacrarium profluant: & pro ijs abluendis ſit in Sacriſtia peluis grandior, quæ ad alium vſum non applicetur.

In loco conſpicuo eiuſdem Sacriſtiæ apponatur Tabella Clericorum, qui ſeruitio Eccleſiæ ſunt aſcripti. ſit pariter alia Tabella, in qua anniuerſariæ Miſſæ, & alia huiuſmodi officia deſcribantur, quæ in ſingulas hebdomadas certis, ſtatutiſq; diebus à quolibet Sacerdote in ſingulis Altaribus, Capelliſuè iuxta inſtitutionis,

ſtitutionis, aut fundationis earumdem Capellarum, aut Altarium tenorem, ſeù ex legato, ſeù ex alia quauis obligatione erunt præſtanda.

Adſit quoq; liber Miſſarum, in quo Sacerdos propria manu deſcribat, ſeù annotet Miſſam, quam celebrauit ex legato, ſiuè alia obligatione, aut deuotione.

Curabit Sacriſta Maior, vt Sacerdotes celebraturi iuxta gradus, dignitatis, ſeù ordinis prærogatiuam exeant. Sacerdos verò, qui nullo obligationis vinculo aſtrictus, ſed ſolo deuotionis affectu celebrare voluerit, exeat, quandocunq; voluerit, & humaniter præ cæteris, ac fauorabiliter tractetur.

Si plures celebrandæ ſint Miſſæ, prima ſummo mane, poſtrema poſt conuentualem, reliquæ verò iuxta temporum interſtitia recitentur. finita autem concione, ſtatim ad maiorem Populi commoditatem Miſſa celebrabitur. Obligatis hora certa aſſignetur, vt quilibet muneri ſuo ordinatim, & commodè ſatisfaciat.

Quolibet die Sabbati, Miſſarum liber per Sacriſtam Maiorem reuideatur, vt Miſſæ prætermiſſæ in ſequenti hebdomada opportunè ſuppleantur. quòd ſi Sacriſta Maior opportunè de impedimento non valentis celebrare præmoneatur, eadem die per alium, vtcunque poterit, ſupplendum curet. aliàs nobis, vel Vicario noſtro Generali, aut Foraneo deferatur, vt opportunis pœnis poſſit prouideri.

Sacriſtæ denique partes erunt cuſtodiam, nitorem, ac munditiem Sacrorum Vaſorum, Veſtimentorum Eccleſiaſticorum, ac totius ſacræ ſupellectilis curare; necnon lumina, candelas, oleum, vinum, hoſtias, cæteraq; ad diuinorum officiorum adminiſtrationem neceſſaria ſedulò præparare: Aquam benedictam ſæ-

O pius

pius renouare: hora congrua campanas ad Matutinum, Miſſam, Horas, Prædicationem, Proceſſionem, feſtiuitates de præcepto, Veſperi, mane, ac meridie ad Salutationem Angelicam, & poſt ſolis occaſum circa primam noctis horam ad Mortuorum expiationem, & ad aliarum Eccleſiaſticarum actionum ſignũ Populis inſinuandum pulſandas curare.

Omnia tandem, quæ Eccleſiaſticam honeſtatem, aut ornamentũ lædere, ſeù offendere poſſunt, omninò prohibeat. præ cæteris verò in id inuigilet, nè Altaria per impios expolientur, aut Eccleſiaſtica ſupellex per latrones ſurripiatur.

## De Organo.

ORganorum ſonus, ac modulatio animos ad pietatem, ac religionem excitet; aures autem ad blanditias, ſeù delectationem non mulceat. nihil omninò laſciuum, impurum, ſiue prophanum canatur, aut miſceatur; ſed ſonitus, & cantus ſint graues, ac pij, & ad Domum Dei, diuinaſq; laudes religiosè accommodati.

Dum in Altaribus ſub Organo poſitis Miſſa celebrabitur, organum nulla ratione pulſetur.

Cæremon. Epiſcop. lib. primo cap. 28. Primus, & vltimus verſus Hymnorum, & verſus, Tantum ergo Sacramentum, ab Organo non pulſetur, ſed à Choro canatur. ſimiliter nec Magnificat, Benedictus, & Nunc dimittis: niſi tamen in Organo prædicta canantur.

Et dum Organum pulſatur, à duobus tantum Clericis recitentur alta & intelligibili voce verſus, qui neque in organo cantantur: ac in fine pulſationis Organi verſum ijdem à Choro canendum inchoent. Cre do, quando non adeſt Muſica, totum à Clero canatur,

natur, nihil ab Organo.

## De Rebus Eccleſiæ conſeruandis, earumque recta adminiſtratione. Cap. III.

ECcleſiarum bona, iura, res & actiones, aut defenſoribus deſtitutæ, vel etiam àb ijs, quibus earum procuratio credita erat, proditæ, ità perierunt, vt monumentis, vel interceptis, vel deperditis, nulla ſpes iam reliqua videatur illa recuperandi. Ad euitandam igitur in poſterum tàm pernicioſam Eccleſiæ calamitatem, & vt horum temporum improbitati occurramus; Satuimus, vt Capitulum Cathedralis, omniumq; aliarum Eccleſiarum, Hoſpitalium, Monialium, Confraternitatum, ac Montium Pietatis Gubernatores, Rectores, Syndici, Guardiani, & alij quicunq; piorum locorum Præpoſiti, atq; Adminiſtratores intra duorum Menſium ſpatium ab huius Decreti editione decurrendum, omnium, & ſingulorum bonorum mobilium, & immobilium, iurium, actionum, annuorum cenſuum, redituum, nominum debitorum, & aliorum quorumcunq; ad eorum Eccleſias, ſiuè adminiſtrationem pertinentium rationem diligentiſsimè inquirendam, ac examinandam, & eorum omnium Inuentarium, in quo locorum etiam fines, conditioneſq;, omneſq; ſigillatim circunſtantiæ deſcribantur, per publicum Notarium diligenter conficiendum curent.

Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 11. de Refor.

1 Clem. quia contnet. §. vt autem. de Relig. domib. Sixtus V in Conſ. incip. Prouida. 8. Iunij. 1587.

Quo perfecto diligenter Inuentario, duo exempla Notarij auctoritate munita, alterum in communi eorum archiuio, ſiuè proprijs Eccleſijs retineant, alterum verò in Archiuio Cancellariæ noſtræ Epiſcopalis conſeruandum, ſub pœnis ſcutorum quinque & vi-

ginti, alijſq; arbitrio noſtro incurrendis, deponere teneantur.

Domos, & quæuis alia Eccleſiæ ædificia in totum, vel in partem deſtruere, niſi in euidentem eiuſdem Eccleſiæ vtilitatem à nobis prius approbandam, nemo audeat. Specialiter tamen mandamus, ac iubemus Eccleſiæ domos, & poſſeſſionum ædificia corruentia, vel reparatione egentia reparari, reſtaurari, & ſecundum neceſſitatem contecta, ac reparata conſeruari. Si quem deindè in præfatis ſedulò obeundis negligentem, ſiuè delinquentem inuenerimus, ſciat ſe per fructuum ſubtractionẽ ad iuſtam, neceſſariamq; reſtaurationem à nobis legitimè compellendum.

Conc Triden. ſeſſ. 22. c. 11. de Refor.

Arbores virides, quinimmò etiam exſiccatas, aut areſcentes, niſi ex rationabili cauſa, Eccleſiæq; vtilitate per nos iudicanda, & in actis regiſtranda, nemo incidat, aut euellat. Si verò id ſibi per nos licuerit, earum loco totidem alias reponere teneatur. Syluæ cæduæ ſtatis temporibus, noſtraq; præcedente licentia, non autem antè incidantur. qui temerè mandatis noſtris contrafecerint, in duplum valoris arborum, ſyluarumq; inciſarum teneantur.

Extrauag. Ambitioſæ. de reb. Eccl. nõ alien.

Bona tam mobilia, quàm immobilia, vaſa, inſtrumenta, reliquamque ſupellectilem ad domeſticos Rectorum, aliorumq; Miniſtrorum vſus deputatam, cæteraq; ad Eccleſiarũ domos ſpectantia nemo vendere, aut alienare præſumat; ſed ea omnia, prout ipſe inuenerit, conſeruet. quæ vetuſtate corroſa ſunt, renouet, & in meliora commutet. id tamen non antè cuiquam liceat, quam à nobis facultatem obtinuerit; ſi contrafecerit, pœnam dupli Eccleſiæ perſoluendi incurrat.

cap. 1. de reb. Eccl. non alien. & toto tit c dudum. & ſeq; eod. tit. lib. 6.

d. extrauag.

Eccleſiæ reditus, ac prouentus nõ vltra triennium, nec minus anticipatis ſolutionibus locentur. Cenſuum

ſuum: 2 verò permutationes, ſeù quos dicunt perpetuos Canones, omninò fieri prohibemus, niſi prius nobis legitimè conſtiterit, rem eſſe ſolitam alienari, & id in euidentem Eccleſiæ vtilitatem fieri, & cum beneplacito, ac aſſenſu Sedis Apoſtolicæ. 3 aliàs præfatos contractus irritos, & nullum firmitatis robur habere declaramus. Contrafacientes pœnas per Cõſtitut. Pauli 2. comminatas incurrant. Et in caſu deuolutionis, ſiuè per lineam finitam, canonem non ſolutum, delictum perpatratum, vel alio quocunque modo, conceſſiones non renouentur, nec locationes fiant, niſi ſeruata forma Sanctiſs. D.N.D. Vrbani Diuina Prouidentia Papæ Octaui.

2 Pij V. Conſt. 92. quæ incip. & ſi cap. nulli liceat de reb. Eccl. non alien.

3. cap. terrulas. 12. quæſt. 2.

Dat. Romæ Anno 1625. Kal. Nouembris Incip. Humanæ ſalutis.

Rectores bona ſuarum Eccleſiarum malè alienata recognoſcant, & illarum iura legitimè proſequantur; ac ſuper præfatis ad aliquam tranſactionem, renouationem, ſeù compoſitionem nobis inconſultis deuenire, ſub pœnis arbitrio noſtro incurrendis, nullatenus poſſint: prout etiam præfatas tranſactiones, renouationes, ſeù compoſitiones, nullas, irritas, & inanes declaramus.

d. extrauag.

Illi, penes quos Scripturæ, aliaq; iura Eccleſiã quoquomodo concernentia reperiuntur, teneantur in termino Menſis à præſentis decreti publicatione decurrendi præfatas ſcripturas, aut iura Curiæ noſtræ Epiſcopalis Notario tradere, & cum effectu conſignare. aliàs pœnam excommunicationis incurrant. Scripturæ tamen ad Iurapatronatus Laicorum pertinentes, dimiſſa apud noſtram Curiam copia collationata, penes ipſos Patronos remaneant.

Et quia congruum eſt, ac fidei noſtræ ex ſacrorum Canonum diſpoſitione commiſſum, vt piæ Teſtatorum mentes, ac voluntates debitæ executioni demandentur; Volumus, ac diſtrictè præcipimus, vt Notarij

cap. nos. quidem c. tu à nobis. c. Ioannes de Teſtament. Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 8. de Reformat.

Digitized by Google

t cui oblationis c. vlnmo. c. Clerici 13. q. 2. c. admonere. c. conſideratio. 16. q. 1. c. ſacrilegium. 17. q 4. c. iudicante. c. deteſtam. cap. religio. eqd. tit. lib. 6.

tarij omnes in hac Diœceſi noſtra intra decem dies poſt Defuncti obitum, omnia legata Eccleſijs, alijſq; pijs locis à Teſtatoribus quomodolibet relicta, Vicario noſtro denunciare teneantur. qui non paruerint, pœnam excommunicationis incurrent.

1 exod. 22. & 23. leuit. 27. Num. 18. Tob. 1. Malach. 3. Conc. Trid. ſeſſ 25. c. 12. de Reform generali c. decimas Deo. 17. q 7. 2. |Prouerb. 3.

Nè autem in decimarum ſolutione fraus aliqua committatur; Parochus inter Miſſarum ſolemnia ſæpiſſimè Populum commoneat, decimarum ſolutionem 1 Deo ipſi deberi. & ideò eos, qui illas ſoluere reſpuunt, aut earum ſolutionem, ſiuè exactionem impediunt, aliena occupare, furari, & vſurpare. illudq; præ cæteris inſinuet, tunc horrea redundatura eſſe frugibus, & vino torcularia, cum primitias 2 obtulerint Deo.

Inſuper comminatas à Sacro Conc. Trid. excommunicationis pœnas aduerſus non ſoluentes indicant.

Ipſis verò Parochis ſuper decimarum ſolutione non liceat quouis pacto, ſeù conditione cum ſuis ſubditis ſe componere in ſuarum Eccleſiarum præiudicium, ſub pœnis alienatoribus bonorum Eccleſiaſticorum ſuperius propoſitis.

Prohibemus denique ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, nè eminente alicuius Rectoris, aut Parochi, ſeù Curati obitu, quiſpiam Eccleſiæ ſupellectilem, bona, iura, aut ſcripturas, quoquomodo aſportare, aut occultare præſumat.

## *De Vita, & Honeſtate Clericorum. Cap. IIII.*

CVm nihil ſit, quod alios ad pietatem, ac Dei cultum magis inſtruat, quam probata eorum vita, ac

ac laudabile exemplum, qui ſe, velut ab humanis eripientes, diuino miniſterio dedicarunt; ſic decet omninò Clericos in beatiſſimam Domini ſortem feliciſſimè vocatos, vitam, moreſq; ſuos componere, vt in omnibus grauitatem, modeſtiam, ac religionem præ ſe ferant, ſe ab indecenti proximorum offenſione, ac periculoſa ſcandalorũ occaſione penitus abdicantes. Conc. Trid. ſeſſ. 14. de Reformat. c. 6. & ſeſſ. 22. c. 1.

Monemus igitur omnes Clericos Eccleſiaſticæ Hierarchiæ diuinitus aſcriptos, vt precibus, ac ſacrificijs Deum Populo placatum, propitiumque reddere enitantur.

Ad Sacrarum ſcripturarum lectionem, ſtudiumq; diligenter incumbant: clericalem diſciplinam non tàm verbis, quàm operibus ſanctè, pieq; profiteantur: nec ſua officia, iuxta ordinum, quibus ſunt initiati, prærogatiuam, vana, aut ocioſa, non tàm in proximorum detrimentum, quàm in ſui ipſorum perniciem eſſe permittant.

Poſthac enim nullos ad maiores ordines nos eſſe credant promoturos, qui ſe anteà in minoribus diligenter non exercuerint. nec minus eorum perſonam ad Beneficia admiſſuros, qui ſuis in miniſterijs ſedulam, ac diligentem operam Cathedrali Eccleſiæ, aut alijs, quibus erunt aſcripti, non nauauerint. Diuinæ enim, humanæq; iuſtitiæ valde conſentaneum eſt Eccleſiaſtica beneficia in eos, qui de Eccleſia benè meriti ſunt, conferri. c. ſi officia 59. diſt. Concil. Trid. ſeſſ. 22. c. 4. de Refor. & ſeſſ. 24. c. 20. de Reformat.

Omnes Eccleſiaſticæ perſonæ, cuiuſcunq; gradus, & conditionis Coronam, tonſuram, ſiuè Clericam ordini ſuo congruam, & viſibilem ſemper ferant. comam, & barbam ſtudiosè non enutriant, ſed ſimplicem in religioſæ puritatis ſinceritae cultũ adhibeat. Sacerdos verò barbam in ſuperiori labro ità recidant, vt in Corporis, & ſanguinis Dominici aſſumptione non impediatur. cap. prohibete. 23. diſt. c. clerici. de vit. & honeſt. Cleric. Conſt. Sixti V.

Cleri-

d. c. clerici. de Vit. & hon cler. Concil. Trid. ſeſſ. 14. de Reformat. cap. 6.

Clericorum habitus ſit honeſtus, ac decens, non nimium elegans, nimiumuè ſordidus; ſed talis ſit, qui ipſorum religioſo ſtatui, ac piæ vocationi modeſtè reſpondens, intrinſecam morum honeſtatem præſe ferat. Superiorem veſtem ſemper vſq; ad talos protenſam in Ciuitate, per itinera verò vſque ad genua prominentem deferant.

c. præcipimus. 21. q. 4.

Prima tonſura initiati, aut in minoribus ordinibus conſtituti, fori priuilegio non gaudeant, nec laicorum gabellis, talijs, aut impoſitionibus ſint immunes, & exempti, niſi Eccleſiaſticum beneficium obtineant, aut clericalem habitum, & tonſuram deferentes alicui Eccleſiæ de mandato noſtro inſeruiant.

1. c. clerici, vt ab indig. 14. q. 4.

2. c. 2. nè Cler. vel Monac. c. placuit. c. peruenit. 21. q. 3.

c. 2. de Vit. & hon. Cler. Clem. 1. eod. tit. cap. Clerici. & quaſi per totum 23. q. 8.

Clerici ordinibus ſacris inſigniti non audeant vilioribus ſe exercitijs, aut ruralibus miniſterijs immiſcere, nec minus in his deſeruire laicis, aut famulari; 2 nec publicè deferant ligones, bidentes, aut quidquam comeſtibile & indecens, eorumq; ſtatui indecorum, aliàs pœnam amiſſionis rerum, quas detulerint, ac trium ſcutorum pro qualibet vice ſe nouerint incurſuros. Ab armorum verò delatione penitus abſtineant, ſub pœna excommunicationis, & alijs arbitrio noſtro incurrendis: niſi per loca ſuſpecta iter illis eſſet faciendum, aut alia vrgeret neceſſitas, quibus in caſibus nos pro licentia obtinenda adire teneantur.

Qui clericalem habitum aſſumere, aut aſſumptum ſine noſtra facultate deponere auſus fuerit, ſcutorum 25. pœnam locis pijs arbitrio noſtro applicandam incurrat: qui verò ſe ad maiores ordines ſuſcipiendos non diſponunt, habitu clericali priuentur.

c. ſi qui Clerici 74. diſt. cap conſuluit. ead. diſt.

Clerici proprium ſuperpelliceum, ac biretum habeant, quibus, & in Eccleſia, cui aſcripti ſunt, & alibi in muneris ſui functione vtantur.

Eccleſijs, quibus ſunt aſcripti ſedulò deſeruiant,

feſtis præſertim diebus Miſſis ſolemnioribus, Horis Veſpertinis, Proceſſionibuſq; debitum munus obeuntes interſint.

Sacerdotes, Clericiq; omnes à ſuſpecta mulierum cohabitatione prorſus abſtineant: Ancillas, niſi ad longæuam ætatem prouectas, illis interdicimus, ac penes ſe retinere prohibemus.

Conc. Triden. ſeſſ. 25. c 14. cap. quorumdam. 37. diſt. c. 1. de cohab. Cler. & mul. cap. interdixit. 32. diſt.

Ab illicita venatione, 1 à fabulis, Comœdijs, choreis, 2 commeſſationibus, & ebrietatibus, 3 ab alearum, ac taxillorum 4 luſu tàm publicè, quam priuatim abſtineant.

1 c. Epiſcopum. 34. diſt. Conc. Trid. ſeſſ 24. cap. 12. 2 Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 1. de Refor. 3 c. Epiſcopus 35. diſt. cap. commeſſationes. & cc. ſeqq. 44. diſt. 4 Canon. Apoſt. 41. cap. clerici officia. de vit. hon. Cleric.

Clerici omnes mercaturis, & alijs quibuſuis negotiationibus illicitis nullo modo dent operam; nec minus artes illicitas, aut officia tractare ſub pœna ſcutorum viginti quinque præſumant.

Cauſas coram Iudice laico tueri ſine noſtra facultate non audeant; nec minus criminaliter querelas, etiam citra pœnam ſanguinis proſequantur, vel teſtimonium coram Iudice ſeculari deferant.

Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 1. cap. his igitur. 23. diſt. c. non licet. 46. diſt. & diſt 47. per totum. c peruenit diſt 86. cap. 1. 2. 3. 21 q. 3.

Ad publica Vniuerſitatum Conſilia non accedant; nec earum negotia tractent.

Procuratoris, Cauſidici, aut Aduocati officium in foro ſeculari nè exerceant.

Cauponarum, & Tabernarum aditus, niſi itineris neceſſitate coacti, 2 euitent.

1 Canon. Apoſt. 53. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. 2 cap. non oportet. cum ſeq. q. 44. diſt.

Et vt non ſolum externum decorem, ſed etiam interioris hominis munditiam profiteantur iuxta illud: *ſic luceat lux veſtra coram Hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in Cœlis eſt*; Idcircò Sacerdotes omnes in noſtra Diœceſi exiſtentes ſaltem diebus Dominicis, ac feſtis ſolemnioribus Miſſam celebrare teneantur.

Matth. 5.

1 Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 14.

Clerici autem quotidiè ſacroſancto Miſſæ ſacrificio interſint; ac ſaltem ſemel quolibet menſe ſanctiſſimũ

c. clericus. 41. diſt. Euchariſtiæ ſuſcipiant Sacramentum, & præſertim in feſtis ſolemnioribus: in cæteris verò ità ſe gerant, vt muneris, ac ſtatus Eccleſiaſtici grauitatem, & ſanctitatem præ ſe ferant.

## *De Monialibus, earumq; Miniſtris. Cap. V.*

NE in ſanctis Monialibus, quæ ſub ſuaui religionis iugo, Chriſto Saluatori in puriſſimo caſtitatis holocauſto famulari affectantes, ſuam Altiſsimo deuouerunt Virginitatem, quidquam reperiatur incongruum, quod Regularis honeſtatis gloriam, & diuinam poſsit offendere maieſtatem; decernimus, & expreſsè mandamus omnibus, & ſingulis, quibus earum cura à nobis credita eſt, vt ea, quæ in Viſitationibus per nos factis circa Regularium perſonas, clauſuram, ac bona non minus rectè, quàm vtiliter conſtituta fuerunt, executioni ſi demandata non fuerint, quamprimum demandentur, Summorumq; Pontificum Conſtitutiones, ac Sacri Concilij Tridentini decreta diſtrictè obſeruent, & faciant obſeruari.

Seſſ. 25. cap. 7. de Regul.

Curent in primis, vt in electione Abbatiſſarum à Sacro Concilio Tridentino præſcripta ad vnguem obſeruentur, animaduertentes Abbatiſſam triennalem ex Conſtit. Gregorij XIII. eſſe faciendam. Nulla præter numerum conſuetum, aut contra formam Concilij Tridentini, & Conſtitutionis Pij V. admittatur puella. quæ autem in Monialium numerum admittenda erit, ætatem, ac qualitates à Sacro Concilio Tridentino præſcriptas habeat, & per nos, aut Vicarium noſtrum prius examinetur, ac illius voluntas diligenter explicetur, num forſan errore ducta, aut vi, metuuè compulſa, ſe Deo in religione mancipare deliberauerit: an quid agat, intelligat: an ſtrictioris religio-

d. ſeſſ. 25. cap. 3. In Conſtit. quæ incip. circa Paſtoralis.

d. ſeſſ. 25. cap. 17.

religionis votum anteà emiſerit, & an ſponſalia de futuro, aut de præſenti cum aliquo contraxerit. Si verò nullum in præmiſsis impedimentum reperiatur, fiat decretum, quod proponatur Monialibus. An eam in Monialem numerariàm, vel ſuper numerariã velint admittere.

Quòd ſi, facto per vota ſecreta ſcrutinio, à maiori Monialium parte recepta fuerit, ad habitus ſuſceptionem admittatur: dote tamen prius, ſeù eleemoſyna conſueta aſſignari Monaſterio, ſoluta per Parentes, ſeù Conſanguineos Puellæ in pecunia numerata, vel in bonis ſtabilibus: quæ nec diſtrahatur, aut alienetur, vel à Monialibus recipiatur; ſed penes idoneam perſonam deponatur, vt quando Puella promiſſionem emiſerit, integrè Monaſterio conſignetur: præſtita interim de ſoluendis in poſterum anticipatè alimentis cautione pro ſpatio temporis ante profeſſionem decurrendi. Conc. Trid. d. ſeſſ. 25. c. 16. de Regul.

Anno, qui dicitur probationis, expleto, ac in nouitiatu ætate legitima concurrente annorum 16. cõpletorum, iuxta Sacri Concilij Trid. præſcriptum teneatur Abbatiſſa ante præfiniti temporis menſem, nos de profeſſione à Virgine, quæ Regularem illius Monaſterij habitum ſuſcepit, emittenda certiores reddere. ſi contrà fecerit, pœnam ſuſpenſionis ab officio ſe nouerit incurſuram. d. ſeſſ. 25. cap. 17.

Puellæ, quæ ad educationem obtenta tamen prius à Sacra Congregatione facultate recipientur, conditiones ab eadam Sacra Congreg. requiſitas habeant, & à maioris Monialium partis conſenſu approbentur: conſignatis tamen Abbatiſſæ prius, aut in pecunia numerata, aut in victualibus de ſemeſtri in ſemeſtre anticipatis earum alimentis. In Monaſterio autẽ ſine Ancillis permaneant, nec indè, niſi non reuerſuræ Sac. Cong. ſub die vlt. Aug. 1575. Ex decret. Sac. Cõgreg. apud Roderic. tom. 1. q. 46. art. 10.

exeant, ſed clauſuræ vinculo, vt aliæ Moniales, ſubijciantur. Si verò curandæ valetudinis cauſa, obtenta prius à nobis facultate, receſſerint, rurſus Abbatiſſæ accedente conſenſu poſſint admitti.

Ibid.

Puellæ verò, quæ ſuauiſſimo Religionis mancipio ab ineunte ætate fuerint à Parentibus deſtinatæ, ſeptimo, vel octauo ætatis ſuæ anno in habitu ſeculari poſſint in Monaſterium admitti: ibiq; vſque ad duodecimum vel decimumquartum ætatis annum poſſint permanere, vt Religionis moribus præimbuantur. ſed præfato tempore expleto ad paternam Domum remittantur, vt libero non aſtrictæ voluntatis arbitrio poſsint regularem ſtatum eligere, aut reſpuere: quem ſi elegerint, habitu regulari induantur. Vt verò Clauſuræ limina iuxta Sacros Canones, ſummorum Pontificum Conſtitutiones, ac Sacroſancti Concilij Tridentini decreta inuiolabiliter cuſtodiantur; Præcipimus, ac diſtrictè mandamus, vt nullus [1] cuiuſcunque ſtatus, gradus, conditionis, ac dignitatis exiſtat, ſine noſtra, aut Vicarij noſtri in ſcriptis concedenda gratis facultate [2] ad Monaſteriorum collocutoria accedere, [3] Monialeſq; alloqui præſumat, ſub pœna excommunicationis, alijſq; arbitrio noſtro iniungendis. Regulares ex decreto [4] Sacræ Congregationis Regularium non audeant loqui cum Monialibus, etiam proprijs ſororibus, ſine expreſſa dictæ Congregationis licentia, ſub pœnis in dicto decreto contentis, & alijs nouiter per eandem Congregationem ſub S. D. N. Vrbano comminatis.

in cap. vnic de ſtat. Regul. in 6.
Conc. Trid. ſeſſ. 25. c 5. de Regul.
Conſtit. Pij V. quæ incip. circa Paſtoralis. 19. Iunij. 1566.
Conſt. Greg. XIII. quæ incip. Deo ſacris. 21. Ian. 1583.
2 cap. monaſteria. de Vit. & hon. Cler.
3 Conc. Mat. c. 2. Concil. Turon. ſub Carolo c. 29.
4. de mandato Six. V, non. Maij. 1590.

Si verò legitimam à nobis, aut Vicario noſtro in ſcriptis obtinuerint licentiam, Moniales alloquantur in communi parlatorio, & ad Monaſterij crates aſsiſtente ſemper Moniali auſcultatrice: non autem ad ipſius Monaſterij ianuam. Qui contrauenerit, pœ-

nam

nam excommunicationis incurrat, cuius abſolutionem nobis ſolis reſeruamus.

Nullus Phyſicus, Chirurgus, Mulio, Carpentarius, aut cuiuſuis generis faber, ſeù quiuis alius Adminiſtrator, aut Procurator, etiam à Communitate electus, ſub quouis prætextu, aut quæſito colore, vel cauſa, audeat Monaſteria ingredi abſq; licentia in ſcriptis, vt 1 ſuprà obtinenda, etiamſi magna vrgeret neceſsitas. qui contraire auſus fuerit, pœnam excommunicationis ipſo facto, ſoli Pontifici reſeruata abſolutione, incurret.

1 Conc. Cabil. ſub Carolo. c. 55. & 56.

Cum verò, vrgentiſsima neceſsitate cogente, & cũ eorum fuerit induſtria neceſſariò adhibenda, 1 obtenta prius facultate, ingredi aliquem contigerit; recto tramite à duabus ſaltem ſenioribus Monialibus ſociatus, præcedente aliquantiſper campanulæ ſono, ad locum deſtinatum pergat, & eadem via reuertatur, ad alia non diuertendo. idemque de Monialium earumdem Confeſſario decernimus, qui ægrotantium confeſsiones aperta ſemper cellæ ianua audiet, vt à cæteris Monialibus conſpici poſsit: quæ tamen tantum diſtent, vt confitentium peccata intelligere non poſsint.

1 Greg. XIII. In Con. incip. Vbi gratia. 14. Iunij. 1575.
2 Conſt. Clement. 8. 24 Decem. 1604.

Iuxta Eccleſias, ac Monialium Monaſteria, nulla laicorum conſtruantur ædificia: nihil prophanum illis adhæreat: multo minus inhoneſtæ, aut impudicæ mulieres proprius habitare præſumant: laicorumque, aut Regularium, ſeù quorumuis aliorum ædificiorum iam extructorum feneſtræ, quæ in Monaſteria, aut Monialium Eccleſias proſpiciunt, omninò claudantur.

Nullus Sacerdos, tam ſecularis, quam Regularis, excepto Confeſſario, in Monialium Eccleſijs, niſi obtenta à nobis facultate, audeat celebrare, ſub pœna

ſuſpen-

ſuſpenſionis à diuinis ipſo facto, alijſq; arbitrio noſtro pœnis incurrendis: Qui autem nobis permittentibus celebrauerint, ſciant omnes collocutiones cum Monialibus ex Sacræ Congregationis 1 Regularium decreto ſibi eſſe prorſus interdictas.

1 De mãdato Sixti V. Nonis Maij. 1590.

Cum autem noſtro præcedente conſenſu in Monialium Eccleſijs concio habebitur; Eccleſiæ ianuæ claudantur, nulluſq; in ea remaneat,exceptis duobus Monaſterij Procuratoribus, qui Concionatorem conducant, & reducant. Concionator verò, ſi Regularis fuerit, ſciat omnem ſibi Moniales alloquendi facultatem eſſe ex præfatæ Congregationis decreto prohibitam.

Moniales ſaltem ſemel in menſe confiteantur, & Euchariſtiæ ſanctiſſimum ſuſcipiant Sacramentum.

Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 10. de Regul. Clem. nè in agro; 5. ſacro. de ſtat. Monac.

Propè Monialium Eccleſias, ac Monaſteria nullus pila, aut huiuſmodi rebus ludere audeat. choreæ, ſaltationes, ſpectacula, cantus, aut alia eiuſmodi prophana, quæ Moniales à Sacris poſſunt diuertere, nullatenus ſub pœna excommunicationis, ac alijs etiam afflictiuis arbitrio noſtro imponendis pœnis exerceantur.

## *De Pizzocharis alijſq; Laicis Monialibus. Cap. VI.*

MVlieres extra clauſuram habitum Religionis geſtare cupientes, quæ vulgò Tertiariæ, ſeù Pizzochæ nuncupantur, à Monialium ſacris abſtineant

neant ornamentis : præcipuè velum, pectorale, patientiamque illis prohibemus.

In reliquis verò formam decreti à Sacra Congregatione Regularium aliàs emanati ſub die 20. Decem. 1620. incip. ſacra &c. obſeruare teneantur.

## *De Confraternitatibus Laicorum.* *Cap. VII.*

LAicorum ſodalitates ad Populi mores componendos, & charitatis vnionem, ac pietatis religionem humanis animis ſuauiter inſinuandam fuerunt inſtitutæ; vt in orationibus, eleemoſynis, miſericordiæ operibus, ac Sacramentorum frequentia in viam Domini proficientes, vberrimos Chriſtianæ Reipublicæ parerent fructus ſalutis.

Vt autem in noſtra Diœceſi, illa, quæ ad Confraternitatum adminiſtrationem, ac curam pertinent, rectius, & eo, quo decet, ordine perficiantur; Volumus, ac diſtrictè mandamus, vt Confraternitates prædictæ, conſtitutiones, aut ſtatuta nulla habere, aut condere poſſint, niſi prius à nobis, ſeù Vicario noſtro Generali examinata, atq; approbata fuerint: vt ſi qua ex illis correctione, aut emendatione indigeant, à nobis corrigi, atq; emendari maturè poſſint. Sodalitates, quæ alijs ſodalitatibus non ſunt aggregatæ, infra bimeſtre ſpatium aggregentur, vt conceſſos primarijs Archiconfraternitatibus priuilegiorum, Indulgentiarumque theſauros, tamquam illarum membra participent: quas quidem Indulgentias in tabella publicè appenſa exponendas curabunt.

Concil. Trid. ſeſſ. 4. c. vlt. & ſeſſ. 22. cap. 8. Conſt. Clem. 8. quæ incip. quæcunq. in §. ſtatuta ſub die 24 Decem. 1604.

Officia-

Officiales ſtatuta, & Conſtitutiones ſodalitatis cuilibet oſtendant, antequam ille in ſodalium, aut Confratrum numerum recipiatur, & de omnibus ad Confratres ſpectantibus plenè inſtruant, vt quilibet in ſuæ obligationis certitudine rectius muneri ſuo ſatisfaciat.

Clem: quia contingit. de Relig. domib.

Fidei rudimenta ignorantes, publici concubinarij, vſurarii, blaſphemi, facinoroſi, ac infames, niſi ſe ad meliorem frugem receperint, in has ſodalitates nullatenus recipiantur.

Conſt. Clem. 8. ſuprad. & Greg. XIII. Bulla incip. Expoſcit. 15. Iulij. 1583.

In Proceſſionibus Confratres talaribus ſaccis induti, bini, ac modeſti incedant. præ cæteris verò ſilentium, deuotionem, ac debitum ordinem ità obſeruent, vt antiquiores Confraternitates recentioribus prius confirmatæ, aggregatæ, ac ſaccis indutæ alijs poſterioribus præferantur.

In ipſorum oratorijs, ſeù Capellis inter ſe humaniter, ac reuerenter tractent: paramenta, & alia omnia, quæ ſunt Confraternitatis inſignia, non in priuatis domibus, ſed in loco Sodalitatis communi reponantur.

Conc. Trid. ſeſſ. 25. §. in has. c. non oportet. cap. nulli. 43. diſt. 1 c. de Xenodochijs de Relig. domib. Clem. quia contingit de Relig. dom. Conc. Trid. ſeſſ. 7. cap. fin de Reform. & ſeſſ. 22. cap. 8. de Reform.

In feſtiuitatum celebrationibus, aliiſque ſolemnioribus Confratres à commeſſationibus abſtineant: nec minus Confraternitatis bona in his, ſed ſolummodò in cera, oleo, eleemoſyniſq; conſuetis, ac minutis expendant. In aliis verò ſodalitatum bona ſine noſtra, aut Vicarii noſtri Generalis, ſiuè foranei facultate expendere, aut in proprios vſus conuertere nõ audeant, ſub pœna ſoluendi de proprio.

c. ſi quis de conſec. diſt. 1.

Miſſæ, cæteraq; diuina officia in oratoriis dictarum Confraternitatum ità celebrentur, vt Parochialium Eccleſiarum ſacrificia, horariæ preces, concioneſque nullatenus impediantur.

Priorum, aliorumq; officialium electio ſine noſtra, aut

aut Vicarij noſtri Generalis, ſiuè foranei præſentia nullatenus fiat, ſub pœnis in Bulla ſupradicta fel. rec. Clem. Papæ VIII. contentis. eorum autem officium non vltra annum progrediatur, quo tranſacto, alij eligantur. ſi in hoc Confratres negligentes fuerint, Vicarius noſter Generalis, aut foraneus, conuocatis Confratribus adeſſe volentibus, illos eligere teneatur.

Omnes, & quoſcunq; abuſus, ſi qui forſan irrepſerint in aliquas ſodalitates, videlicet piperis ſolutio, & alia huiuſmodi pro alicuius officij exercitatione, omninò damnamus, tollimus, & abrogamus, quamlibet quarumcunq; rerum donationem, exactionem, ſolutionem diſtrictè ſub pœnis arbitrio noſtro incurrendis prohibentes.

Qui aliqua ratione Confraternitatis debitores fuerint, ab omni officiorum adminiſtratione abdicentur.

Confraternitatum omnium Adminiſtratores quotannis, iuxta ſacri Concilij Tridentini præſcriptum, ſuæ adminiſtrationis rationem coram Rationalibus à nobis eligendis, alijſq; duobus ſocietatis Confratribus reddere teneantur. qui verò debitores fuerint, intra decem dierum ſpatium ſoluere omninò compellantur.

ſeſſ. 22. c. 8. & 9. d. Bulla Clem. 8. Sac. Cong. Concil. Trid. die 7. Aprilis 1 6 2 6. C. Caſtell. & Hort.

Decretum à nobis in viſitatione factum prima Decembris. 1 6 2 4. declarantes, volumus, vt officiales Confraternitatum, piorumq; locorum credita, non exigentes, tunc demum dè proprio ſoluere teneantur, cum in illis exigendis negligentes fuerint, & nō aliàs.

Vt hæc omnia rectè perficiantur, quælibet Confraternitas quatuor habeat libros: in quorum primo Nomina & Cognomina Confratrum deſcribantur. in ſecundo Bonorum omnium, redituum, legatorum piorum, onerumq; omnium Inuentarium, cuius authentica copia in Archiuio noſtro deponatur, erit de-

ſcribendum: in tertio annotentur introitus, & exitus cum nota diei, Menſis, & Anni; & ab vna facie debitoris nomen cum debiti origine, ſeù fundo ponatur, ab altera verò quicquid ſolutum, aut exactum fuerit in dies: è fronte deſcribatur, vt vnico oculorum intuitu debitum, creditumq; appareat, ad faciliorem ſequentium officialium inſtitutionem, ac magis rectam, tutamq; bonorum prædictorum adminiſtrationem. in quarto denique ordines, conſtitutiones, decreta, ſiuè ſtatuta per Confratres de noſtro, vt ſupra, conſenſu perficienda fideliter adnotentur, & deſcribantur.

In illis Eccleſijs, quæ adhuc Sodalitatis ſanctiſsimi Corporis Chriſti carent inſtitutione, quamprimùm præfata Societas erigatur, quam Parochus alicui Archiconfraternitati de Vrbe curabit aggregari, vt vberrimis profluentium Indulgentiarum riuulis fœcundetur. Huius autem Confraternitatis præcipuum erit munus, ſanctiſſimum comitari Sacramentum, cum ad Infirmos, ſeù in proceſſionibus deferetur, alia pia inſuper opera exerceat, quæ ex Bulla Pauli III. ſuper prædictæ Societatis erectione ipſis Confratribus præſcribuntur.

Et vt in dies magis fidelium religio, ac pietas augeatur, curent Parochi, vt in eorum Eccleſijs à Confratribus præfatæ Societatis proceſſio ſemel in menſe in honorem Sanctiſſimi Corporis Chriſti, & aliæ, quæ diuerſis fieri temporibus conſueuerunt ſolemnitates, qua decet religione, celebrentur.

## De *Hoſpitalibus*. *Cap. VIII.*

Clem. quia contingit. de Relig. dom.

VT Pauperum peregrinorum Hoſpitalia piè, religioſè, ac diligenter regantur, & gubernentur;

tur; Viri prouidi, idonei, probatæ famæ, atq; integritatis deligantur, qui omnem doli, vſurpationis, fraudiſq; ſuſpicionem morum, vitæq; honeſtate excludentes ſciant, velint, & poſſint loca ipſa, ac iura ipſorum vtiliter regere, prouentuſq; ac reditus in deſtinatos miſerabilium perſonarum vſus fideliter diſpenſare: hi autem vigeſimum quinctum ætatis ſuæ annum compleuerint. Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 8. de Reform.

Præfatæ verò electioni Vicarius noſter Generalis, ſeù Foraneus (dummodò dicta Hoſpitalia à noſtra iuriſdictione non ſint exempta, quam exemptionem in actis Curiæ noſtræ Epiſcopalis probare teneantur) ſub pœna nullitatis electionis, & 25. ſcutorum ipſis Hoſpitalibus applicandorum aſſiſtat. Eorum autem adminiſtratio non vltra triennium progrediatur: malè alienata, aut ablata diligenter recuperent: fructus in deſtinatos vſus conuertant: ſingulis verò annis adminiſtrationis ſuæ rationem reddant, eamq; à noſtra auctoritate deputatis faciant calculari. Ruinoſa reparent ædificia, bona, ac prouentus eorumdem locorum ità gubernari ſatagant, & diſpenſari, vt diligentiſſimum decet patrem familiàs. bona tamen mobilia, & immobilia vendere, permutare, vel quouis modo alienare, niſi ſeruatis ſeruandis, noſtroq; accedente conſenſu, non præſumant. Bonorum omnium mobilium, ac immobilium, prouentuum, redituum, iurium, actionum, nominumq; debitorum Inuentarium conficiant, cuius authenticam copiam penes Archiuium noſtrum deponant: aliumq; habeant librum, in quo omnes eleemoſynas annotent vnà cum introitu, & exitu, prout de Confraternitatibus ſuprà diſpoſuimus. In alio libro ad id ſpecialiter deſtinato Peregrinorum tranſeuntium, infirmorum, ac hoſpitantium nomina ſigillatim, ac cognomina, Patriam-

d. Clem. quia contingit.
Conc. Trid. ſeſſ. 7. c. vlt. & d. ſeſſ. 25. c 8. de Reform.
S. Cong. Conc. Trid. die 7. Iulij 1626. C. Caſt. & Hort.

1. c. Laicus. 16. q. 7. d. Clem. quia contingit.
Extrauag Ambitioſæ. Pauli 2. de reb. Eccl. non alien.

que deſcribant. Neminem verò recipiant, niſi legitimum propriæ paupertatis, & peregrinationis documentum exhibuerit, ſeq; in eodem anno ſemel ſaltem confeſſum, & communicatum docuerit. quæ documenta, ſeù fides ab ipſis ſubſcribantur, ac ſolito Hoſpitalis ſigno muniantur, vt pietatis, quæ in ea Ciuitate, locouè exercetur, teſtimonium innoteſcat.

Eccles. 4. Pauperes infirmos benigno, hilarique vultu ſuſcipiant œconomi, eiſdemq; dent operam, vt omnia ad valetudinem recuperandam neceſſaria prouidè miniſtrentur. Mulieres à Viris ſeiunctas, non modo ſeparatis cubiculis, verumetiam habitationibus (præfectis illarum curæ mulieribus, ſi id Hoſpitalis facultates patiantur) ſtudeant collocari.

Conſt. Pij V. ſupra gregem. 11. Martij. 1566. Vt autem corporalibus ſuffragijs animæ ſalus vtiliter adiungatur; mandamus, vt intra biduum ægroti omnes conſcientiam à peccatorum ſordibus emundent, & ſuauiſſimum ſacroſanctæ Euchariſtiæ panem deguſtent. Cum verò ad extremum vitæ peruenerint, ſacra Chriſmatis vnctione muniantur, neq; ipſis in periculoſo ab humanis tranſitu Religioſorum deeſint ſanctæ conſolationes.

## De *Eremitis*. Cap. *IX*.

VT callidæ, & periculoſæ quorumdam hominum vitæ occurramus, qui ſub ſolitariorum, aut Eremitarum nomine, ac figmento, tanquam contumaces locuſtæ huc, illuc ſcandaloſè per noſtram Diœceſim diuagantur, nec vnquam vno, eodemque in loco permanent, ſeù commorantur; Volumus, ac diſtrictè præcipimus, & mandamus, vt nullus, ſiuè laicus, ſiuè Clericus habitum Eremitarum aſſumere, ac geſtare, niſi de noſtro conſenſu, obtentaq; expreſſa à nobis

à nobis, ſeù Vicario noſtro Generali licentia, præſumat. Neminique liceat cum præfato habitu in cellis, Eccleſijs,domib', aut oratorijs noſtræ Diœceſis inhabitare, aut permanere, niſi prius de vita, moribus, conuerſatione, ac ipſius Patria per noſtrum Generalem Vicarium fuerit diligenter examinatus, ab eoq; licentiam in ſcriptis commorandi in certo ſibi loco aſſignando impetrauerit. qui ſecus fecerit, carcerationis pœnas, aliaſque arbitrio noſtro iniungendas incurret.

Eos autem Eremitas, qui præfatam licentiam non exhibuerint, nullus Archipresbyter, Parochus, aut Curatus in ſuis Parochijs ſub quouis prætextu admittat, aut recipiat, nec habitare, ſeù quæſtum facere permittat, ſub pœnis viginti quinque ſcutorum locis pijs applicandorum.

## *De Monte Pietatis.* Cap. X.

VT mons pietatis, ad pauperum ſubleuandas neceſſitates maxima Ciuium charitate erectus, fideliter, diligenter, ac rectius adminiſtretur, nonnulla præter ea, quæ alijs in viſitationibus à nobis factis perpetuò valitura decreuimus, obſeruanda, ſtatuendaq; duximus adiungere.

Et in primis quolibet anno Officiales ex ſenioribus, magiſq; idoneis, ac probis iuris, iuxta formam in proprijs illius conſtitutionibus ſaluberrimè præſcriptam, eligantur; qui fide, ſolertia, prudentia, atq; integritate, bona pignori data à puluere, tineis, humore, alijſq; ſordibus illæſa, ac munda valeant conſeruare. qui officiales ſui muneris initio, dati, ſuſceptiq; fideliter computa ſe adminiſtraturos, atq; in fine adminiſtrationis ſuæ rationem nobis, ſeù Vicario noſtro Gene-

Generali integrè ſpondeant redditurox.

Curent, vt pignora recipienda excedant dimidium ferè valoris pecuniæ numerandæ: ea verò, quæ cum difficultate vendi, aut diſtrahi poſſunt, nullatenus admittant.

Cum verò pignora ſtatuto tempore non redempta vendi contigerit; pretium integrè indè proueniens, montis iuribus fideliter deductis, ſine vlla diminutione pignorum Dominis conſignetur. Lucrum verò aliquod extorquere, aut ſponte etiam oblatum recipere præter conſueta montis iura non audeant. aliàs, præter quamquod furti pœnas incurrent, grauiſſimis etiam arbitrio noſtro infligendis pœnis punientur.

Aduertant, nè pecunias in alios vſus, præterquam in præſcriptos in montis eiuſdem inſtitutione conuertant. qui ſecus fecerint, in excommunicationem latæ ſententiæ ſolo Romano Pontifici reſeruatæ incurrent, iuxta Bullam fel. rec. Pauli V. quam de verbo ad verbum hic inſeri voluimus.

Volumus tandem in eandem excommunicationis pœnam, reſeruata nobis abſolutione, illos incidere, qui bona, ac pignora ſacro monti conſignata auferre, aut in deterius permutare præſumpſerint.

Conſtit. Pauli V. circa Montiũ Pietatis Adminiſtratores.

## PAVLVS PAPA V.

AD perpetuam rei memoriam. Oneroſa Paſtoralis officij cura meritis licet imparibus nobis ex alto commiſſa poſtulat, vt bonorum quorumcunque miſerabilium perſonarum ſubuentioni deſtinatorum conſeruationi conſulamus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Cum itaque ſicut accepimus pecuniæ Montium Pietatis nuncupatorum ſtatus noſtri Eccleſiaſtici ad vſus pauperum mutuo dandæ in alios vſus vertantur, & in dies minuantur.

tur. Nos huic malo opportuno remedio quantùm cum Domino poſſumus, prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac mera deliberatione noſtris, vniuerſis, & ſingulis Montium Pietatis huiuſmodi Præſidentibus, Protectoribus, Defenſoribus, Adminiſtratoribus, Deputatis, & Officialibus quibuſcunque, necnon Communitatibus, Vniuerſitatibus, & earum etiam officialibus quarumcumque Ciuitatum, Terrarum, & locorum ſtatus noſtri Eccleſiaſtici quacunq; dignitate fulgentibus, etiam ſi Epiſcopi, Archiepiſcopi, Patriarchæ, aut S. R. E. Cardinales etiam de latere legati exiſtant, ne de pecunijs ad dd. Montes quomodolibet ſpectantibus, & pertinẽ, ac tam pro ſorte principali à principio illis aſſignatis, quàm pro dictæ ſortis augumento poſtea acquiſitis in alios; quàm pauperum vſus iuxta modum, & formam in erectione dd. Montium præſcriptarum, abſque noſtra, & Sedis Apoſtolicæ licentia ſub quouis prætextu, vel quęſito colore etiam cum obligatione intra quodcumque breue tempus reſtituendi, diſponere præſumant; tenore præſentium prohibemus. Quòd ſi quis contra hanc noſtram prohibitionem venire præſumpſerit, Cardinales quidem, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, ſuſpenſionis, aliæ vero inferiores perſonæ excõmunicationis ſententiam eo ipſo incurrant, à qua non niſi à Romano Pontifice, prætterquam in mortis articulo, abſolui poſſint. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcunq; volumus autem quòd præſentis prohibitionis copia in loco publico Montium Pietatis huiuſmodi, quæ ab omnibus legi poſsit continuò affixa remaneat. Dat. Romæ apud S. M. Maiorem ſub annulo Piſcatoris 5. Februarij. 1615. Pontificatus noſtri Anno decimo. S. *Cobellutius*.

SESSIO

# SESSIO QVINCTA.

## *De Tribunali, eiuſque Miniſtris.*
## *Cap. I.*

Iulius 3. in conſt. 43
Leo X. conſt. XI.
Pius V. conſt. 5.

QVONIAM publica peccatorum, vitiorumq; licentia animæ peſtem, totique Chriſtianæ Reipublicæ ruinam, ac perditionem facilè poſſet inducere; Ideò in his eruendis, ac euellendis, Paſtoris potiſsimum cura debet inuigilare, nè euidens ſcandalorum occaſio creditum diuinitùs gregem corrumpat.

Paſtoralis igitur officij nobis commiſsi debitum agnoſcentes, vt peſtifera vitiorum lues, ſeueritatis, ac vltionis noſtræ remedio effugata, atq; eliminata, illæſum nobis gregem ad omnipotentis Dei gloriam relinquat; infrà ſcripta, circa noſtri adminiſtrationem Tribunalis, cuius præcipuè miniſterio vitiorum peſtis emundatur, aut eradicatur, ſtatuere decreuimus.

Qua propter mandamus in primis, vt Notarij, ſeù Actuarij Tribunalis Curiæ noſtræ Epiſcopalis in ipſo officij initio omnia ſe fideliter acturos coram nobis iure iurando obſtringant.

Quinque libros conficiant, in quorum primo deſcribantur illi, qui de quauis cauſa, aut occaſione fidei profeſsionem emiſerunt, ſeruata forma decreti ſuprà in ſeſſ. prima contenti in capitulo primo.

In ſecundo ordinandorum nomina, & cognomina adnotentur.

In tertio collatorum Beneficiorum, atque inſtitutionum litteræ regiſtrentur.

nec

nec non beneficialium; etiam Iuriſpatronatuum cauſarum acta omnia deſcribantur.

Quartus cauſis Criminalibus: quinctus Ciuilibus deſeruiat. Notarij diligenter curent, vt querelas, accuſationes, inquiſitiones, teſtificationes, examina, & quaſcunq; alias ſcripturas, cæteroſq; cauſarum ciuilium, criminalium, mixtarumq; actus, quos in noſtra Curia dari, formari, ſcribiq; contigerit, fideliter, & integrè ſuſcipiant, faciant, & ſcribant, prout ab ipſis Accuſatoribus, Teſtibus, Actoribus, & Reis expoſita, data, & explicata fuerint.

c. quoniam de probat. Concil. Later. ſub Innoc. 3. c. 38. Cõcil. Tolet. c. 4.

Caueant ſub pœna falſi, nè Informationes, proceſſus, inſtrumenta, & quaſcunq; alias ſcripturas ad Curiam noſtram ſpectantes deleant, ſupprimant, comburant, ſeù quauis alia ratione occultent. Nec minus ſcripturas, ſiuè proceſſus originales de noſtra Bancha, aut Archiuio Epiſcopali extrahant, aut alijs tradant, vel reuelent ſine noſtra licentia ante publicationem, aliàs pœnam falſi incurrent: perſonis tamen intereſſe habentibus, eorumque Procuratoribus, & Aduocatis, dummodò non in Eccleſiæ præiudicium, illas in banca oſtendendi habeant facultatem.

Concil. Later. ſub Innoc. III.

Scripturæ cum numero, die, Menſe, & Anno non litteris arithmeticis, ſed per extenſum efformatis in noſtro Tribunali admittantur, & conficiantur.

Obligationes, quæ in noſtro Tribunali fiunt, non in folio volanti, ſed in libro ad id potiſſimum deſtinato deſcribantur, in præſentia duorum teſtium, qui propriæ ſubſcriptionis robur adiungant, ſub pœna nullitatis: Nec aliquis Clericus audeat, aut poſſit ſe in alio, quam in noſtro Tribunali, ſeruata prædicta forma, ſine noſtra licentia obligare.

Contractus, Inſtrumentaq; ad perpetuam rei memoriam, & contrahentium vtilitatem confecta, ac

Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 10. de Reform.

 fabri-

d. cap. quoniam de Probat.

fabricata in protocolis, intra dies quindecim, à rogitu fideliter regiſtrentur, nè ſcripturæ informes remaneant.

Notarij verò negligentes, aut moroſi, ſacramentalem non prius abſolutionem obtineant, quam huic decreto ſufficienter ſatisfecerint.

Ad euitandas verò fraudes, abuſuſque tollendos, Notarij, Actuarij, ſeù Cancellarij directè, vel indirectè à litigantibus, ſeù cauſas quaſcunq; in noſtra Curia habentibus nihil exigant, petant, aut recipiant vltra ſtatutam, & taxatam in noſtri Tribunalis tariffa mercedem. quæ quidem Tariffa in Cancellariæ, aut Curiæ propatulo ab omnibus commodè conſpicienda proponatur. Qui verò præfatis contrafecerint, ad exacti, ſoluti, petiti, ſeù recepti duplum, alijſq; etiam corporalibus pœnis, iuxta modum culpæ, arbitrio noſtro incurrendis condemnentur.

Conc. Trid ſeſſ. 21. c. 1. de Reform.

Teneantur tandem Notarij, Actuarij, ſeù Curiæ noſtræ Epiſcopalis Cācellarij in loco Tribunalis mane, & veſpere, ſaltem per duas qualibet vice horas, ac etiam plures iuxta neceſſitatem aſſiſtere.

Cauſas ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes nullo modo quiſquam audeat ad forum ſeculare deducere, & multo minus Clericos trahere. Hi verò citati nullo pacto conſentiant, ſub pœnis à Sacris Canonibus inflictis, ac quinquaginta ſcutorum locis pijs applicandorum. quod idem etiam intelligimus de cauſis Societatum, Hoſpitalium, aliorumq; locorum piorum, cum agatur de bonis Eccleſiaſticis.

Monemus omnes, cuiuſcunq; ſtatus, & conditionis ſint, nè audeant delinquentes quoſcunq; ex Eccleſijs, Monaſterijs, Sacellis, Domibus regularibus, & Secularibus, alijſuè locis ſacris, aut religioſis, præterquam in caſibus à iure permiſſis, extrahere, ſiuè abducere.

ducere ſine noſtra licentia, ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, iuxta Conſtitutionem fel. rec. Gregorij XIIII. quam pro inſerta hic haberi volumus. Inſuper nemo audeat iuriſdictionem Eccleſiaſticam, vel officiales noſtros, & Epiſcopali Curiæ ſeruientes directè, vel indirectè impedire in exequendis mandatis ſpectantibus ad prædictam Eccleſiaſticam iuriſdictionem, aut eos ſub quouis prætextu, aut cauſa carcerare, cum foro noſtro ſubiecti de iure ſint: nec Baiulos Communitatis prohibeant, nè officium ſuum in Cauſis Eccleſiaſticis iuxta ſolitum exerceant, ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda, alijſque arbitrio noſtro infligendis.

## *De Vicario Generali, eiuſque Auctoritate. Cap. II.*

Vicarius noſter Generalis ordinariam habeat in tota Diœceſi noſtra Iuriſdictionem: alium tamen non poſſit ſubſtituere. Beneficia conferre non poteſt: nec minus denunciationes excommunicationum relaxare, aut abſolutionem à iuramento ſine noſtra expreſſa facultate, & mandato impertiri: nec minus ordinum litteras dimiſſoriales, aut teſtimoniales dare, niſi id ei à nobis ſpecialiter fuerit commiſſum.

*c. quoniam. de off. ordin.*

*c. fin. de off. Vicar. in 6.*

*d. c. fin. de off. ordin. in 6.*

In audiendis, inſpiciendis, expediendiſque cauſis tàm Ciuilibus, quàm Criminalibus debet inuigilare: Cauſas leues ſummariè, ac breuiſſimè ſine ſtrepitu, ac figura Iudicij, ſolum facti veritate inſpecta, præſertim inter pauperes, ſtudeat terminare.

Nulla perſonarum habita acceptatione iuſtitiam adminiſtret: munera tàm parua, quam magna omninò reſpuat, ac reijciat, ſolumq; Deum cordis inſpe-

ctorem, ſcrutatoremq; acerrimum præ oculis habeat. carceres ſemel in hebdomada, Archiuium ſemel in menſe viſitet: in eoq; præcipuè inuigilet, nè Notarij, Actuarij, Cancellarij, aut Scribæ Tariffas in fine præſentis Synodi apponendas in exactione mercedis excedant.

## *De Vicario Foraneo.* Cap. III.

VIcarius Foraneus, cui non cauſarum vniuerſitas, quæ ſolum Vicario Generali demandatur, ſed certæ cauſæ deferuntur, limitatam habet iuriſdictionem. Cauſarum itaq; ciuilium cognitio ad ipſum non ſpectat, ſi trium ſcutorum ſummam excedant. cauſas matrimoniales, nec earum informationes, nec minus beneficiales, aut criminales cognoſcat, niſi in re graui fugæ periculum immineret, quo caſu ad capturam, & ſummariam informationem procedens cauſam ſtatim ad noſtrum Tribunal tranſmittet plenè cognoſcendam.

cap. vlt. de off. Archipresb.

Præ cæteris omni diligentia, & ſagacitate inuigilabit inquirens, an Parochi proprium munus decenter exerceant: an propriæ Iuriſdictioni ſubditus in concubinatu, vſuris, publicouè alio ſcelere viuat: an feſti dies piè, ac religiosè colantur.

c. cum Apoſtolus. de conſec.

Eiuſdem partes erunt exacta ſedulitate procurare, vt ea omnia, quæ tàm in præſentis ſynodi ordinationibus, quam in decretis aliàs à nobis in Viſitationibus factis ſancita ſunt, inuiolabiliter ab omnibus obſeruentur, ſuumq; debitis loco, & tempore effectum ſortiantur. Quos autem in prædictis contumaces, aut inobedientes repererit, nobis, aut Vicario noſtro Generali deferat legitimè puniendos.

Ad eundem quoq; pertinet diſciplinam promoue-

re

re Clericorum, quos ſæpius ad debita Eccleſijs obſequia, ſeruitiaq; præſtanda commoneat. Eccleſias, & oratoria viſitet: in euellendis, extirpandiſq; vitiorum ſpinis plurimũ deſudet: in agro Domini vt ſuccreſcentia virtutum germina fœcundè pullulent, nec ſuffocentur, lites diſcordias, contentiones, rixas inter Clericos natas ſtudeat componere: ſiquæ graues fuerint, illas nobis deferat.

Quarè nè in proprij muneris adminiſtratione vllis retardetur impedimentis, præcipimus, ac mandamus omnibus, & ſingulis Archipresbyteris, Abbatibus, Canonicis, alijſq; Sacerdotibus, & Clericis, vt in ijs, quæ ad ipſius pertinebunt officium, debitam ipſi præſtent obedientiam, ſub pœnis arbitrio noſtro incurrendis.

Vicarius verò, ſi in proprio obeundo munere negligens fuerit, aut deliquerit, à nobis arbitrio noſtro ſeueriſſimè punietur.

## De *Capitulo Congregando*. *Cap. VI.*

CVm negotia, quæ plurimorum conſilio pertractantur, exitu ſemper feliciori terminari videantur; hoc præſenti decreto ſtatuimus, vt Cathedralis, Collegiatarumque Eccleſiarum dignitates, & Canonici, primo cuiuſlibet Menſis die feſto non impedito, in locum ad Capituli Congregationem deſtinatum conuenire pro tractandis Eccleſiæ negotijs teneantur: & die antecedenti intimetur, niſi aliter neceſsitas exigeret, & relatio in libro regiſtretur.

Congregatis omnibus, primò Spiritus Sancti auxilium de more imploretur: poſteà quilibet, iuxta ſuæ dignitatis gradum, ſuo in loco aſsideat, & is, ad quem de iure, vel conſuetudine pertinet, res diſcu-

tiendas

tiendas proponat, omneſq; ſeruãta gradus prærogatiua, incipiendo à Maiori, ſuam dicant ſententiam, & votum proferant. In proferenda verò ſententia, in reſponſionibus, & contradictionibus modeſtia ſemper obſeruetur, & contumeliæ, altercationeſque prorſus eliminentur. aliàs qui contrà fecerint, pœnam ſuſpenſionis per annum ab actionibus Capitularibus, aliaſq; arbitrio noſtro, iuxta culpæ modum, pœnas incurrant.

Poſtquam verò ſinguli ſuam declarauerint voluntatem, vt liberè, in quam voluerint, ire poſsint ſententiam, ad concluſionem eliciendam ſecreta ſuffragia, ac vota exigantur. In æquali votorum, ſuffragiorumque paritate, negotij diſcuſsio ad nos ipſo facto deuoluatur. Si verò ſuffragiorum inæqualitas recollectis votis interceſſerit, quod à maiori parte fuerit concluſum, id inuiolabiliter decernatur, & omnia à Cancellario, ſeù Secretario Capituli in libro ad id ſpecialiter deſtinato fideliter deſcribantur: nec à Capitulo diſcedatur, niſi finita gratiarum actione: tractataq; in eodem extrà non referantur, ſub pœnis arbitrio noſtro iniungendis.

Qui in negotijs in Capitulo diſcutiendis aliquod intereſſe tàm directè, quam indirectè habuerit, is diſcedat, & liberam aliis intereſſe nõ habentibus dicendi, concludendiq; relinquat facultatem: ſaluis tamen aliis decretis in viſitatione à nobis factis.

## *De Santeſio, ſeù Procuratore Capituli. Cap. V.*

SAnteſium, ſiuè Procuratorem fide, diligentia, ac facultatibus idoneum ſibi Capitulum deligat, cuius

cuius ad nos pertineat confirmatio. qui poſt ſuam electionem, corporale in manibus noſtris, aut Vicarij noſtri Generalis de fideliter, & rectè adminiſtrando, ſtatim præſtabit iuramentum.

Is duos habeat libros chartulatos. In primo bonorum omnium deſcribatur Inuentarium, cum confinibus, & alijs requiſitis, liuellorum, & cenſuum, ac legatorum, cum die, anno, nomineq. Notarij.

In ſecundo Introitus, & exitus capitulares ſingulorum dierum annotentur.

Expenſæ faciendæ decernantur prius per vota ſecreta à Capitulo, vt in præcedenti capite dictum fuit, & conſtituto negotio, expediatur mandatum regiſtrandum à ſecretario, ſiuè Cancellario in libro particulari, qui mandatorum liber nuncupetur: quod mandatum à maiori ſaltem Canonicorum parte ſubſcribatur.

Expenſæ extraordinariæ, ſummam ſcutorũ trium excedentes, ſine noſtra commiſſione, ac vnius ſaltem Canonici à Capitulo deputandi aſſiſtentia, nunquam per Santeſium fiant. ſi contrà fecerit, de proprio teneatur.

Santeſius, inconſulto Capitulo, nullam frumenti, aut aliarum ſegetum quantitatem vendere, nec minus locationem facere, aut lignorum venditionem, niſi publicatis in Ciuitate per dies octo bannimentis, concludere præſumat. Sed hora in bannimentis deſcripta, ac ſtatuta, in porticu Eccleſiæ candela accendatur, & cum aſſiſtentia vnius ex Canonicis, vt ſuprà, deputati, plus offerenti, iuſtoque pretio, ad candelæ extintionem fiat venditio.

Bonorum conductionem, lignorum emptionem, ſeminationem in agris ad Capitulum pertinentibus, nec non retrouenditionem cenſuum, etiam ad effe-

ctum reinueſtiendi in alijs cenſibus, eidem, præterquam conſenſu, ac aſſenſu Capituli, vt ſuprà, accedente, vetamus, prohibemus, & inhibemus.

Nec minus obligare, vendere, hipothecare, ſiuè exigere fructus, aut penſiones non maturatas poſſit, aut conuenire cum aliquo affictuario pro ſolutionibus valeat anticipatè faciendis. In fine anni, adminiſtrationis ſuæ rationem coram Capitulo, & electis ab eo reddere, & ad integram ſolutionem illius, quod debuerit, omninò teneatur, & compellatur.

Præfati Inuentarij, cæterarumque ſcripturarum Capituli copiam ſua manu ſubſcriptam in Cancellaria noſtra, nec non librum peractæ adminiſtrationis computa data fideliter continentem conſignare teneatur. Capitulum verò Archiuium conficiat, in quo huiuſmodi Inuentaria, & reliqua monumenta, videlicet libros, Inſtrumenta, & ſigillum conſeruet. Cuius Archiuii clauis altera penes Præpoſitum, altera verò penes Camerarium deponatur.

## De *Officio Camerarij*. Cap. *VI.*

CAmerarius Capituli curabit, vt quotidianæ diſtributiones vnicuiq; pro nota officii, laboris, ac ſeruitii iuſtè diuidatur: eiſque, qui abſentiæ, aut errati cauſa punctati, ſiuè adnotati fuerunt, denegentur, ac nullatenus perſoluantur. ſicuti neq; illis ſunt perſoluendæ, qui ad ſacros ordines non fuerint promoti, quos etiam voce capitulari priuatos eſſe declaramus. qui, ſi indignis mercedem laboris non emeritam fuerit impertitus, tantundem de ſuo tribuat, quantum Eccleſiæ detraxit, ac indigno largitus eſt.

De

## De *Vitijs extirpandis*. Cap. VII.

PErditos homines vitiorum caligine obcæcatos, & ſecundum præſentem iuſtitiam gehennæ mancipatos, Dœmonis faucibus eripere, ac Deo opt. Max. reconciliare cupientes, vltionis noſtræ ſeueritatem, pœnaſq; omnibus illis indicimus, qui vitiorum ſordibus contaminati alijs ſcandalum, ſibi ipſis perniciem in maximum totius Reipublicæ Chriſtianæ detrimentum, parere non deſinunt. Neceſſè enim eſt, vt pœnarum formido illos deterreat, quos diuinæ legis ſuauitas nequit allicere.

## De *Blaſphemijs*. Cap. VIII.

DEteſtabiles blaſphemiarum Rei, quos lege veteri iuſſit Dominus lapidari, per ſacrorum Canonum decreta, ſummorumque Pontificum, maximè Pii V. conſtitutiones ſeueriſſimis pœnis ſubiiciuntur. Sciant igitur omnes, nos non minus præfatis ſacrarum Conſtitutionum ſanctionibus, quàm Paſtoralis officii noſtri debito inhærentes, grauiſſimum adeò ſcelus, indictis etiam, impoſitiſque, ſi opus fuerit, publicis pœnitentiis, acerrimè perſecuturos.

Bulla Leonis X. II. inuet. bull. incip. ſupernæ diſpoſitio. ver. ad abolendá. Iulius III. in Conſtit. 43. in eod. Bull: incip. in multis. Pius V. in Bulla 5. in vet. bull. incip. cum primum ad Apoſtolatus. c. 2. de Maledict.

Quarè omnibus diſtrictè præcipimus, & mandamus, vt ſi Deum, B. Virginem, & Sanctos aliquem audierint blaſphemantem, eum ſtatim denuncient, canonicis pœnis puniendum.

Si Clericus fuerit, prima vice conuictus, annuis Beneficiorum fructibus priuetur: ſecunda vice Beneficium amittat: tertia vice ad aliorum Beneficiorum impetrationem fiat inhabilis. Si autem eccleſiaſticum Beneficium non obtinuerit, prima vice pœnam ſcu-

In Synod. Prou. Mediol. ſub S. Carolo. 1. tit. de Blaſph.

torum quinquaginta, vel aliam corporalem congruã luat: ſecunda vice in carceribus per annum teneatur: tertia ad triremes damnetur.

In dd. Bull. Leonis, & Pij V.

Blaſphemus autem, ſi laicus fuerit, prima vice ſcutis viginti quinque: ſecunda, quinquaginta: tertia, centum mulctetur, & ignominioſa pœna affectus in exilium compellatur. ſi ſoluendo non fuerit, prima vice manibus poſt terga reuinctis ante fores Eccleſiæ per diem feſtum integrum conſtituatur: ſecunda vice per Ciuitatem, ſiuè oppidum ignominioſè fuſtigabitur: tertia vice, illius lingua prius perforata, ad triremes condemnabitur.

In Conc. Later. de gen. Cler. & Laic. Reform. Seſſ. 9. ſub 3. Non. Maij. cap excommunicamus d. 1. §. adijcimus de hæreticis.

Porrò ſi blaſphemia hæreticam ſapiat prauitatem, contra Blaſphemos tanquam de hæreſi ſuſpectos per Curiam noſtram procedatur. Qui tales Blaſphemos patefecerit, conceſſos à felic. recordationis Leone X. Indulgentiarum theſauros lucrabitur. ſi verò non ignorans tacuerit, fidelium communione, donec detulerit, priuabitur.

Ad tollendum autem, ac eradicandum execrabile hoc Blaſphemiæ ſcelus: præcipimus, & mandamus omnibus Parochis, vt in Eccleſiis, in quibus nominis Dei Sodalitas adhuc erecta non eſt, quam primum curent per eos, ad quos ex Pii V. Conſt. pertinet, inſtitui: Indulgentiaſq; præfatis Sodalitatibus conceſſas frequenter Populis inſinuent, & promulgent.

## *De Sententia Excommunicationis.*
## *Cap. IX.*

1. c. contipiantur. 24. q. 3.

TErribilis fulminationis Eccleſiæ gladius vehementiſſimum Chriſti fidelibus pauorem debet incutere, ſi aduertant, nullam in Eccleſia Dei maiorẽ

pœnam

pœnam, aut acerbiorem mulctã poſſe reperiri, quàm excommunicationis telo iugulari, ideſt à ſaluberrima totius Eccleſiæ, fideliumq. in ſanguine D.N. I. Chriſti redemptorum communione, ac participatione priuari, à grege Domini tanquam ouem contagioſam, ac contumacem depelli, & Sathanæ, illiuſque tradi poſſeſſioni. hæc omnia igitur Parochi frequenter Populorum auribus inſinuent, vt dignum, iuſtumque excommunicationis timorem concipientes cautius ab his ſtudeant abſtinere, quæ ſibi tantarum calamitatum perniciem poſſunt irrogare.

glos. fin. in c. audi. 11. q. 3. Coriat. 1.

Excommunicationes, ſiuè Monitoria ad effectum reuelationis ſolum pro re graui 1 concedantur. excommunicatis autem, aut publicis peccatoribus, aut ſuper facto proprio, ac infra ſcuta decem, omninò denegentur. Ad fulminationes verò nullatenus deueniemus, niſi pro ſumma ſcutorum viginti quinque, & conſtito prius de oratoris intereſſe. In præfatis verò Monitorijs ſequentia tacitè ſubintelligantur. primò clauſula, dummodò petentis interſit in ſcutis decem. ſecundò, vt habeant vim ſolum contra perſonas, quas petens prorſus ignorat, non autem contra eos, cum quibus lis pendet ſuper prædictis. tertiò ad effectum agendi ciuiliter: aliàs reuelatio neque in iudicio, neque extra iudicium fidem faciat. quinimmò Vicarius noſter imponet pœnam excõmunicationis parti vtenti criminaliter.

1 c. Epiſcopi. 11. q. 3. ſacro. 2. de ſent. excom. c. ad noſtram. 2. de iureiurando.

Pius V. in Bull. 103. die 27. Iunij. Anno 5. incip. Sanctiſſimus.

Curatus huiuſmodi monitoriales litteras non publicet à die Dominico palmarum vſque ad octauam Paſchatis incluſiuè, & à Dominica vltima Aduentus vſque ad Epiphaniam Domini incluſiuè, ſub pœna ſcutorum decem.

Si quas Parochus reuelationes habuerit, ad nos illas ſuo ſigillo obſignatas tranſmittat: parti verò nun-

quam ſub pœna carcerationis concedat.

Parochus accepto ſuper fulminatione, aut aggrauatione excommunicationis decreto, die Dominico ſequenti, vel alio ſolemniori feſto, in frequentiori Populi concurſu, inter Miſſarum ſolemnia poſt offertorium, ſuperpelliceo, ac ſtola indutus, ni ipſe celebret, præfatis, ac inſinuatis pluribus ſuper grauitate Eccleſiaſticarum cenſurarum, formam à nobis in fine harum Conſtitutionum præſcriptam obſeruabit, noſtriq; decreti exemplum Eccleſiæ foribus, alijſque publicis locis affigatur.

Excommunicatorum nomina, ac cognomina Parochus in libro deſcribat, eoſque ab omnibus, tanquā oues peſtiferas, & contagioſas, vitandos frequentiſſimè declaret, & denunciet, vt hac ratione Reorum animos ad abſolutionē demerendā facilius conuertat, & deteſtabilis in Eccleſiaſticis peruicacia euitetur.

## De *Iuramento falſo*. *Cap. X.*

PErnicioſum Proximo, Deoq; ipſi abominabile Iuramenti falſi ſcelus maximè in iudicialibus eradicare, ac euellere cupientes, fidelium animis conſiderandum proponimus, quàm graue, ac nefandum facinus ſit in Proximi detrimentum, ac perniciē, Deum ipſum, qui eſt ſumma veritas, in falſitatis teſtem adducere. quapropter omnes à tanto ſcelere abſtineant, ſciantq; illius abſolutionem ſoli Pontifici, præterquā in articulo mortis, eſſe reſeruatam.

Confeſſarios igitur omnes hortamur, vt quælibet falſorum iuramentorum, ac mendaciorum genera ſeuerioribus pœnis mulctare non deſinant, vt tanti ſceleris cunabula, ab homine potiſſimum Chriſtiano ſummoperè aliena, penitus euellantur.

c. infam. 2. 6. q. 1. Clerici verò, qui tantum flagitium commiſerint,

ſciant

ſciant ſe non modò Eccleſiaſticis, verum etiam alijs arbitrio noſtro pœnis eſſe ſubijciendos.

cap. quicunq. ibid. c. conſtituimus. 3. q. 1. & 22. q. 5. per totã.

## *De Maleficijs, & ſuperſtitionibus. Cap. XI.*

MAleficium, incantatio, ſortilegium, ſuperſtitio, aliaque huiuſmodi, quibus perditi homines gehennæ mancipati deſeruiunt, certiſſima peſtis infernalis contagia ab omnibus Chriſti fidelibus teneãtur.

Quarè ab huiuſmodi incantationibus, veneficijs, maleficijs, philtris, alijſque magicis, ac diabolicis artibus, mentes hominum perturbantibus, morbos inducentibus, ac depellentibus, humanorum corporum figuram, & conditionem mutantibus, mari, aeri, tempeſtati, ventiſque imperantibus, penitus, ac omninò abſtineant. Cum Dæmonibus fœdera, pactioneſque nè faciant. ab inſana futurorum præcognitione, ſeù prædictione, ac furto ſubtractorum denunciatione ſe cohibeant. theſauros abſconditos ex ſomnijs, ſortibus, aut alijs huiuſmodi peſſimis artibus nè polliceantur. Aliàs contra omnes prædictos, & contra eos, qui conſilium, fauorem, conſenſum, auxiliumq; præſtiterint, poenas in Bulla fel. rec. Gregorij XV. contentas incurrant.

incip. omnipotentis Dei. 20. Martij. 1623.

Omnibus inſuper in virtute Sanctæ obedientiæ, ac tanquam ſacræ fidei Inquiſitores ordinarij præcipimus, & mandamus noſtræ Diœceſis ſubditis, Eccleſiaſticis, & ſecularibus vtriuſque ſexus, vt maleficos, magos, ſagos, ſtrigeſque, omneſq; alios de huiuſmodi crimine probabiliter ſuſpectos nobis denuncient.

Hortamurq; omnes in Domino, vt ſignum Crucis ſuper quibuſcunq; rebus commeſtibilibus frequenter adhibeant, maximè verò in principio, & fine prandij, & coenæ, vt ſalutifero ſanctæ Crucis ſigno muniti, & religiosè confirmati, aquam pariter benedictã domi habentes Dæmonum artes inſidiaſq; profligemus.

Ea de

Ea de re Parochi, Concionatores, ac Confeſſarij in hoc potiſſimum inuigilent, vt ſimplicium animos à tanti erroris vanitate, ac periculo auertant, ac deterreant.

## *De Concubinarijs, & Meretricibus.* *Cap. XII.*

CONcubinatus maximè publici turpitudinem, ac fœditatem ſacrorum Conciliorũ, præcipuè Tridentini decreta, 1 ſummorumq; Pontificum 2 conſtitutiones apertiſſimè teſtantur: omnes ergò à tanti flagitij periculo animam ſuã eripere enitantur: aliàs enim pœnas non modo à ſupremo legiſlatore Deo, verumetiã à ſacris Canonibus inflictas ſe nouerint incurſuros.

Et vt ab illis ſit initium, quorum culpa alijs exemplum poterit eſſe peccandi; ſi Clericus 3 Concubinã, aut aliam mulierem ſuſpectam domi, aut alibi detinere auſus fuerit, monituſq; non abſtineat, tertia parte fructuum, obuentionum, ac prouentuum Beneficiorum omnium, ipſo facto, priuatus exiſtat: quæ pijs locis arbitrio noſtro applicetur.

Si verò in duritie cordis, & obſtinatè in delicto perſeuerauerit, ab ipſorum Beneficiorum adminiſtratione arbitrio noſtro ſuſpendatur; ſin autem ſpem emendationis non dederit, non ſolum Beneficijs quibuſcunque priuetur, verum etiam vt inhabilis, & indignus, quibuſcunque honoribus, dignitatibus, & Beneficijs, omni exceptione, & appellatione remota, denudatus exiſtat. Clericus verò Beneficia, aut Penſiones non habens, iuxta delictum, & contumaciæ perſeuerantiam ex Sacri Concil. Trid. diſpoſitione mulctetur. Laicus

1 Concil. Rom. ſub Nic. 1. in fin. Conc. Lateran. ſub Leone X. ſeſſ. 9. de Reformat. Cur. Concubinarij. Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 14. de Refor. & ſeſſ. 24. c. 8. de Reform. matrim.

2 Nicol. V. in Conſtit. incip. ſi diligenter. X Kal. Octobris 1452.

3 cap. interdixit 32. diſt. cap. cum omnibus cap. fœminas. & c. volumus. 81. diſt. cap. 1. & ſeqq. de cohabit. Cleric. & mulier.

Seſſ. 25. cap. 14. de Reform.

Laicus denique Concubinarius, qui monitus Concubinam non eiecerit, ſeque ab eius conſuetudine non abdicauerit, excommunicationis gladio iuxta Sacri Concilij Trid. decreta feriatur, ſeruata tamen forma Edicti inferius regiſtrandi, & in viſitatione à nobis facta aduerſus Concubinarios promulgati. quod quidem Editũ quolibet anno in prima Dominica Quadrageſimæ legi, & per Parochum publicari mandamus, ſub pœna ſcutorum decem. Seſſ. 24. cap. 8. de Reform. matr.

## De Cauponis. Cap. XIII.

IN Cauponis, Tabernis, & quibuſcunq; alijs diuerſorijs Meretrices, aut aliæ inhoneſtæ mulieres nullatenus detineantur, nè peregrini mulierum blanditijs pellecti, ac irretiti exhibitam captent peccādi opportunitatem. Qui contrà fecerit, pœnam ſcutorum viginti quinq; luat. ipſæ verò meretrices, aliæq; huiuſmodi mulieres pœnam fuſtigationis, exilijque à noſtra Diœceſi incurrant.

Caueant Caupones, nè tempore Quadrageſimali, aut alio tempore in diebus Veneris, & Sabbati, ac vigilijs ex præcepto Eccleſiæ obſeruandis vetitos cibos edant, miniſtrent, ſiuè hoſpitibus comedendos apponant, nec minus ab eiſdem comedi patiantur, ſub pœnis arbitrio noſtro incurrendis: & in omnibus pareant edicto inferius regiſtrando.

## De Vſurarijs. Cap. XIV.

PErnicioſum vſurarum crimen, quod non modò facultates exhaurit, ſed etiam animos deuorat, tum ab Eccleſiaſticis, 1 tum etiam à quibuslibet alijs alienum eſſe debet; ideò Parochi, Confeſſarijq, omnes 1 47. diſt. per tot. c. præterea de vſuris.

in illius

in illius extirpatione ſedulò inuigilent.

Vſurarios manifeſtos ad ſacramenta Eccleſiæ non admittant, niſi prius realiter, ac tutò, facto depoſito ſatisfecerint. huiuſmodi criminis Rei decedentes eccleſiaſtica careant ſepultura. Parochus verò, qui Vſurarium huiuſmodi ſepelire auſus fuerit, ſuſpenſionis, excommunicationis, aliaſque arbitrio noſtro pœnas incurret.

c. quia in omnibus de vſur. c. cum. tu. eod. tit.

d. c. quia in omnibus.

## De officio examinatorum. Cap. XV.

Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 7.

NE' indigni ad eccleſiaſticos ordines, aut Beneficia etiam Parochialia, ſed ſolummodò doctrinæ, ſcientiarumque habentes neceſſaria requiſita admittantur; decernimus, & mandamus, vt in omni ordinatione, tàm generali, quàm particulari, ſeù concurſu, fiat examen per aliquos ex noſtris examinatoribus ſynodalibus, tribus non pauciores, qui completo examine per ſchedulas ſecretas ſuum debeant proferre votum, ſeruata forma in Formulario regiſtranda.

Caueant autem examinatores, nè amore, odio, gratia, aut quauis alia re, ſeù prœmio etiam ſponte oblato ſeducti indignos approbent, aut dignos reijciant, ſuper quo eorum conſcientiam diſtriſtè oneramus.

In Examinatores verò ſynodales pro concurſu Parochialium elegimus.

An-

Admodum R. D. Andream Pantibaſſum, Archipreſbyterum nunc, & pro tempore exiſtentem.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Admodum R.R. D.D. | Hieronymum Iulianum<br>Gaſparum Giraldinum<br>Angelum Paladinum<br>Io. Bernardinũ Porphiriũ | Canon. | Eccl. Cathedral. Ciu. Caſtell. |

Ioannem Antonium Armigerum Archipreſbyterum Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Iuliani Terræ Stabiæ.

Ioannem Riccium I. V. D. Archipreſbyterum Collegiatæ Eccleſiæ Sanctorum Vincentij, & Anaſtaſij Anniani.

Antonium Spenditorium I. V. D. Archipreſbyterum Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Michaelis Arcangeli Terræ Caprarolæ.

Angelum Marcuccium Canonicũ Galleſinum Eccleſiæ Collegiatæ Sanctæ Mariæ.

Claudium Menichinum I. V. D. Rectorem Terræ Cochleani.

Nardum Reſtitutum I. V. D. de Caprarola.

Guardianum Conuentus Sancti Franciſci pro tempore, & Priorem Carmelitarum huius Ciuitatis pariter pro tempore, ſi fuerint in Sacra Theologia Magiſtri, ſeù Bacchalaurei.

Quos vniuerſa Synodus vnanimi conſenſu, & pari voto approbauit.

## De *Iudicibus Synodalibus*. *Cap. XVI.*

QVoniam ex Sacri Concilij Tridentini decreto tenemur in hac præſenti Synodo nominare, ac deputare Iudices, quibus Apoſtolicæ cauſæ delegentur; ideò præfato inhærentes decreto proponimus, decernimus, ac nominamus

T Hiero-

Admodum R.R. D.D. Hieronymum Iulianum, Gaſparum Giraldinum, Angelum Paladinum, Io. Bernardinũ Porphiriũ — Eccl. Cathe- drāl. Ciu. Caſtell. Canon.

Quos vniuerſa Synodus vnanimi conſenſu, & pari voto approbauit.

## De Teſtibus Synodalibus. Cap. XVII.

cap. Epiſ in Synod. 35. q. 6.

AD euitandas pœnas in Concil. Lateran. ſub Innocen. III. ijs propoſitas, qui nullos in Synodo Teſtes nominauerint; & vt tàm ſalutare inſtitutum non deſeramus, huic muneri elegimus.

Admodum R.R. D. D.
Chriſtophorum Colauanum Canonicum Galleſinum.
Hoſtilium Lombardutium Canonicum Ariniānen.
Antonium Claricium Curatũ Terræ Carboniani.
Laurentium Pacellum Valleranen.

Quorum erit munus animaduertere diligenter, an in noſtra hac Diœceſi, aut Eccleſijs nobis ſubiectis, aliquid correctione, aut emendatione indigeat. An ea, quæ in præſenti Synodo laudabiliter conſtituta ſunt, ſeruentur. Siquid ex præfatis cognouerint, id ſtatim nobis, aut Vicario noſtro deferre non morentur, vt ſpirituales gregis noſtri neceſſitates, ac ægritudines prouidè cognoſcentes opportuna facilius miniſtrare remedia valeamus.

## De Synodalibus Decretis. Cap. XVIII.

EA omnia, quæ à nobis in præſenti Synodo acta, & decreta ſunt, ab omnibus inuiolabiliter obſeruari

uari poſt duos menſes à die publicationis, ſub pœnis in ipſis decretis, ac conſtitutionibus contentis, volumus, ac ſtrictè mandamus.

Vbi verò pro illorum obſeruantia nulla fuit adiecta pœna, eo caſu contra inobedientes, ac tranſgreſſores pœnis à ſacris canonibus, & ſummorum Pontificium Bullis, ac conſtitutionibus, alijſque arbitrio noſtro iuxta delictorum, & perſonarum qualitatem irrogandis animaduertemus. c de cauſis. § illic etiam. de off. deleg.

Omnes denique, ac ſinguli Parochi, & Clerici noſtræ Diœceſis teneantur poſt horum decretorum publicationem, ac impreſſionem ea ſibi comparare, penes ſe retinere, ac frequenter perlegere, vt facilius muneris ſui debitum agnoſcentes, officio, ac ſtatui proprio ſatisfacere valeant.

Cæterum omnia, & quæcunque in præſenti Synodo ſancita, præcepta, & quauis ratione prolata, & dicta, Iudicio, & cenſuræ S. R. E. cæterarum Eccleſiarum omnium Matris, & Magiſtræ ſemper emendanda, & corrigenda libentiſſimè ſubijcimus.

Et cum omnes, & ſingulæ ſupradictæ conſtitutiones, & decreta Synodalia ab Admodum R. D. Io. Bernardino Porphirio Canonico, lectore deputato, in ſuggeſtu, alta, & intelligibili voce perlecta fuiſſent; Illuſtriſsimus D. interrogauit dicens.

Placetnè vobis recipere, & approbatis præſentes conſtitutiones, decreta, & acta facta in hac Synodo?

Reſponderunt omnes alta, & intelligibili voce.

Placent, recipimus, & approbamus.

Præſente Admodum R. D. Hieronymo Iuliano Procuratore Fiſcali, qui acceptatis fauorabilibus petijt ad omnem bonum finem, & effectum, ac ſpecialiter, vt veritas ſemper eluceſcat, per me Notariũ publicum infraſcriptam confici Inſtrumentum. &c.

Illuſtriſſimus Dominus mandauit de prædictis vnum, vel plura, publicum, ſeù publica, confici Inſtrumentum, & Inſtrumenta.

Acta fuerunt hæc C. Caſtellanæ in Cathedrali Eccleſia Sanctæ Mariæ Maioris die 18. 19. & 20. menſis Ianuarij 1626. præſentibus ibidem Illuſtribus DD. Iacobo Gaio, Marco Antonio Anzellino, & Franciſco Pipere de C. Caſtellana, Conſeruatoribus Illuſtris Communitatis eiuſdem Ciuitatis, & Magnificis Dominis Flaminio Garzonio de Caprarola, & Nicolao Pelletronio de Ciuitate Caſtellana Teſtibus &c. præter alios Ciues quam plures.

Ego Petrus Angelus Pechinolus de Ciuitate Caſtellana publicus Dei gratia, & Apoſtolica auctoritate Notarius, in Archiuio Romanæ Curiæ deſcriptus, de præmiſſis rogatus præſens publicum actorum Synodi Inſtrumentũ ſubſcripſi, & publicaui, ſaluo &c.

## Declarationes Aliquot Sacræ Congregationis Concilij S. D. N. Vrbani Papæ VIII. auctoritate editæ ſuper Decretis eiuſdem Congregationis de Celebratione Miſſarum.

SVPER primo Sacræ Congregationis decreto, de celebratione Miſſarum, quo prohibetur, ne Epiſcopi in diœceſana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel aliàs quoquomodo, reducant onera vlla Miſſarum celebrandarum aut poſt idem Concilium impoſita, aut in limine fundationis:

Quæritur, quid ſi legatum ſit ità tenue, vt non ſit,

qui

qui velit onus illi iniunctum ſubire, &, ſi recurrendum ſit ad Sedem Apoſtolicam pro moderatione oneris, totum, aut ferè totum inſumendum ſit pro expenſis ad id neceſſarijs?

Et quid, ſi permittatur Epiſcopo in fundatione, vt poſſit huiuſmodi onera moderari?

Secundò, ſuper ſecundo eiuſdem Congregationis decreto, quo cauetur, vt celebrentur tot Miſſæ, quot ād rationem tributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint:

Quæritur: an verba illa (præſcriptæ fuerint) intelligenda ſint de præſcriptione facta ab offerente, vel ab Ordinario?

Tertiò, an cum Ordinarius præſcripſerit eleemoſynam congruam iuxtà qualitatem loci, perſonarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes ſtipendium minùs congruo, teneantur Miſſas illis ab offerente præſcriptas celebrare?

Quartò, an Sacerdotes, qui tenentur Miſſas celebrare ratione beneficij, ſeù capellæ, legati, aut ſalarij, poſſint etiam manualem eleemoſynam, pro Miſſis votiuis, aut defunctorum, recipere, & vnico Miſſæ ſacrificio vtrique oneri ſatisfacere?

Quinto, Poſito, quòd Teſtator relinquat, vt celebrentur pro eius anima centum Miſſæ, abſquè vlla præſcriptione eleemoſynæ: Quæritur, an liberum ſit hæredibus, eleemoſynam ſibi benè viſam præſcribere, an verò eadem eleemoſyna præſcribenda ſit ab Ordinario?

Sextò, ſuper tertio Congregationis decreto, in quo eadem Congregatio reuocat Priuilegia, quibus indulgetur, vt certarum Miſſarum, vel anniuerſariorum celebratione, aut aliquibus collectis, ſeù orationibus, plurium Miſſarum oneribus in futurum ſuſcipiendis ſatisfiat:

Quæ-

Quæritur, An verba ( in futurum ſuſcipiendis ) intelligenda ſint de oneribus ſuſcipiendis poſt Priuilegium?

Septimò, ſuper Quarto eiuſdem Congregationis Decreto, quo prohibetur Sacerdoti, qui Miſſam ſuſcepit celebrandam cum certa eleemoſyna, nè eamdem Miſſam alteri, parte eiuſdem eleemoſynæ ſibi retenta, celebrandam committat:

Quæritur, An permittendum ſit adminiſtratorib' Eccleſiarum, vt retineant aliquam eleemoſynarum portionem pro expenſis manutentionis Eccleſiæ, Altarium, inſeruientium, paramentorum, luminum, vini, hoſtiæ, & ſimilium?

Octauò, An hoc decretum habeat locum in beneficijs, quæ conferuntur in titulum, ideſt, An Rector Beneficij, qui poteſt per alium celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti dare ſtipendium ad rationem redituum Beneficij?

Decimo, An Sacerdotes, quibus aliquandò offertur eleemoſyna maior ſolita pro celebratione Miſſæ, debeant dare eamdem integram eleemoſynam ijs, quibus Miſſas celebrandas committunt: An verò ſatis ſit, vt dent celebrantibus eleemoſynã conſuetam?

Vndecimò, ſuper quinto eiuſdem Congregationis decreto, quo inter cætera ſtatuitur in hæc verba (eleemoſynas verò manuales, & quotidianas pro Miſſis celebrandis) ità demum ijdem accipere poſſint, ſi oneribus anteà impoſitis ità ſatisfecerint, vt noua quoquè onera obire valeant; Alioquìn omninò abſtineant ab huiuſmodi eleemoſynis, etiam ſpontè oblatis, in futurum recipiendis, & capſulas auferant, &c.

Quæritur, An hoc decretum prohibeat abſolutè, quò minùs accipiant nouas eleemoſynas, ijs, qui acceptis

ceptis non ſatisfecerunt: & quid ſi congruo tempore poſſint omnibus ſatisfacere?

Duodecimo, quid, ſi offerens eleemoſynas, audito impedimento, conſentiat, vt Sacerdos Miſſam celebret cum primùm poterit?

Decimo tertiò, An pœna interdicti,& aliæ appoſitæ in eodem decreto afficiant eos, qui accipiunt eleemoſynas contra formam ibi præſcriptam, quàm eos, qui non auferunt capſulas ab Eccleſijs,vt ibidèm præcipitur?

Decimo quarto, An in hoc decreto comprehendantur illæ capſulæ, quæ apponi ſolent in Eccleſijs in die commemorationis omnium Sanctorum, & vulgò dicuntur (caſſe de Morti)?

Decimo quinto, An adminiſtratores Eccleſiæ magnæ deuotionis, & concurſus poſsint eleemoſynas pro Miſſis celebrandis accipere, ſi iiſdem Miſſis non niſi poſt longum tempus ſatisfacere valeant, nè aliàs cultus Eccleſiæ, & deuotio, ac concurſus fidelium, vt aiunt, minuantur?

Decimo ſextò, quia prohibitio dicti decreti videtur aliquibus directa ſolis Capitulis, Collegijs, Societatibus, Congregationibus, nec non omnibus, & ſingulis Eccleſiarum,& Piorum locorum,tàm ſæcularium, quàm regularium, ſuperioribus, de quibus fit expreſſa mentio, non autem priuatis Sacerdotibus, qui tamen comprehendi videntur ſub clauſula generali (& alijs ad quos pertinet) ſupplicatur pro opportuna declaratione?

Decimo ſeptimò, ſuper ſeptimo eiuſdem Sacræ Congregationis decreto, quo cauetur, vt in ſingulis Monaſterijs religioſorum præfigatur numerus, qui ex conſuetis redditibus, aut eleemoſynis commodè poſſit ſuſtentari:

Quæri-

Quæritur, An vbi hæc præfixio facta iam fuit in vim ſimilis decreti ſan: mem: Pauli V., abſq; tamen computatione reddituum cuiuſq; religioſi, ſit denuò facienda, nec ne?

Decimo octauo, An nouitij ad habitum Regularem admiſſi, poſsint admitti ad profeſsionem in Monaſterijs, in quibus, habita vt ſuprà præfixione numeri, commodè ali non poſſunt?

Decimo nono, ſuper vltimo, quo cauetur, vt nullibì recipiantur conuentus regularium, nisì præter alia ad id requiſita, duodecim ſaltèm fratres in eis degere, & competenter ſuſtentari valeant, ità vt alioquìn ſubſint Iuriſdictioni ordinariæ:

Quæritur, an hoc decretum, quod vìdetur editum in ordine ad celebrationem Miſſarum, comprehendat eas religiones, quæ non conſueuerunt onera Miſſarum recipere, vt ſunt religiones Capuccinorum, ac Societatis Ieſu?

Vltimò, An idem decretum, vbì diſponit, vt nullibì recipiantur Monaſteria, nisì &c. habeat locum in Italia dumtaxàt, ad quam eſt reſtrictum decretum proximè antecedens, an verò etiàm extrà Italiam?

---

SAcra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, auctoritate ſibi à Sanctiſs. D.N. attributa, Ad ſingula dubia ſuperiùs propoſita, ad hunc modum reſpondit, videlicet:

Ad primum, etſi legatum ſit adeò tenue, nihilominus, pro reductione oneris, vt ſuprà, impoſiti, ab ijs, ad quos pertinet, Sedem Apoſtolicam eſſe adeundam, quæ abſquè vlla impenſa id ſtatuet, quod magis in Domino è re eſſe iudicauerit; Veruntamen ſi in ipſa beneficij erectione expreſsè cautum fuerit, vt liceat

ceat Epiſcopo iniunctum onus reducere, ac moderari, legem hanc fundationis, quam decreta hac de re edita non ſuſtulerunt, eſſe validam, & obſeruandam.

Ad ſecundum, eſſe intelligenda de præſcriptione facta ab eo, qui eleemoſynam tribuit, non autem ab Ordinario. Quòd ſi tribuens eleemoſynam numerum Miſſarum celebrandarum non præſcripſerit, tunc tot Miſſas celebrari debere, quot præſcripſerit Ordinarius ſecundùm morem ſuæ Ciuitatis, vel Prouinciæ.

Ad Tertium, teneri.

Ad Quartum, Sacerdotes quibus diebus tenentur Miſſas celebrare ratione beneficij, ſeù cappellæ, legati, aut ſalarij, ſi eleemoſynas pro alijs etiam Miſsis celebrandis ſuſceperint, non poſſe eadem Miſſa vtriq; obligationi ſatisfacere.

Ad Quintum, cenſuit, vbi nullam certam eleemoſynam teſtator reliquit, eſſe ab Epiſcopo præſcribendam eleemoſynam congruam, quæ reſpondeat oneribus Miſſarum celebrandarum, ſecundùm morem Ciuitatis, vel Prouinciæ.

Ad Sextum, Ità eſſe intelligenda:

Ad Septimum, reſpondit, permittendum non eſſe, vt Eccleſiæ, ac loca Pia, ſeù illorum adminiſtratores, ex eleemoſynis Miſſarũ celebrandarũ vllam, vtcùnq; minimam portionem retineant ratione expenſarum, quas ſubeunt in Miſſarum celebratione, nisì cum Eccleſiæ, & loca ipſa alios non habent redditus, quos in vſum earundem expenſarum erogare licitè poſsint, & tunc, quam portionem retinebunt, nullatenus debere excedere valorem expenſarum, quæ pro ipſomet tantùm Miſſæ ſacrificio neceſſariò ſunt ſubeundæ, & nihilominùs eo etiàm caſu curandum eſſe, vt ex pecunijs, quæ ſuperſunt, expenſis vt ſupra deductis, abſolutè tot Miſſæ celebrentur, quot præſcriptæ fuerint

ab offerentibus eleemoſynas.

Ad Octauum, non habere locum, ſed ſatis eſſe, vt Rector beneficij, qui poteſt Miſſam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti eleemoſynam congruam, ſecundùm morem Ciuitatis, vel Prouinciæ, niſi in fundatione ipſius beneficij aliud cautũ fuerit.

Ad Decimum, debere abſolutè integram eleemoſynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec vllam illius partem ſibi retinere poſſe.

Ad Vndecimum, reſpondit, non prohibere abſolutè: Ac propterea, etſi oneribus iàm ſuſceptis non ſatisfecerint, poſſe tamen noua etiàm onera ſuſcipere Miſſarum celebrandarum, dummodò infra modicũ tempus poſſint omnibus ſatisfacere.

Ad Duodecimum, quamuis onera ſuſcepta infra modicum tempus adimpleri nequeant, ſi tamen tribuens eleemoſynam pro aliarum Miſſarum celebratione, id ſciat, & conſentiat, vt illæ tunc demùm celebrentur, cùm ſuſceptis oneribus ſatisfactum fuerit, decretum non prohibere, quò minus eo caſu eleemoſyna accipiatur pro iiſdem Miſſis iuxtà benefactoris conſenſum celebrandis.

Ad decimum tertium, has pœnas non habere locum, niſi in ſuſcipientibus onera perpètua Miſſarum celebrandarum ſinè licentia Epiſcopi, vel eius generalis Vicarij, aut Generalis, vel Prouincialis.

Ad decimum quartum, Comprehendi.

Ad decimum quintum, Non poſſe, niſi de conſenſu eorum, qui eleemoſynas tribuunt, vt ſupra in reſponſione ad duodecimum.

Ad decimum Sextum, comprehendi etiàm priuatos Sacerdotes.

Ad decimum Septimum, numeri præfixionem eſſe iterùm faciendam ſeruata forma vltimi decreti hac

de

de re editi.

Ad decimum octauum, eſſe admittendos ad profeſſionem, ſi aliàs habiles exiſtant, ac deindè in aliquo alio Monaſterio eiuſdem religionis eſſe collocandos, vbì commodè ali poſſint.

Ad decimum Nonum, Cenſuit comprehendere.

Ad Vltimum, habere locum etiàm extrà Italiam.

Coſmus Card. de Torres.

Loco ✝ ſigilli.

*Proſper Fagnanus* S. *Congreg. Secr.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

# *Errata*. *Corrige*.

| | Errata | Corrige |
|---|---|---|
| | inuicum | inuicem |
| | inuicem | ad inuicem |
| 21 | imbecellitas | imbecillitas |
| 21 | imbellitati | imbecillitati |
| 24 | conferat | ſe conferat |
| 26 | inchoebitur | inchoabitur |
| 30 | iolent | ſoleant |
| 32 | ferant | ferat |
| 32 | ſupplet | ſuppleat |
| 35 | œcconomo | œconomo |
| 36 | inter, & baptizatum eum | inter eum, & baptizatum |
| 49 | de eximia | de cuius eximia |
| 59 | traſferimus | transferimus |
| 60 | viuium | vinum |
| 61 | ſi verò ſi | ſi verò ſit |
| 74 | interatis | iteratis |
| 81 | Galilęę | Galilęę |
| 88 | icoſa | locoſa |
| 90 | extreuantur | extruantur |
| 91 | propolitè | perpolitè |
| 95 | forma | formam |
| 111 | adhibeat | adhibeant |
| 111 | recidant | recidat |
| 125 | iuris | viris |
| 127 | præſcriptarum | præſcriptam |
| 127 | intro | intra |
| 147 | Pontificium | Pontificum |

Digitized by Google



RONCILIONI.

*Apud Frãciſcum Mercuriũ. M. DC.XXVII.*

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

# SEQVVNTVR
# EDICTA IN SYNODO
## DIOECESANA PRIMA

Ciuitatis Caſtellanæ anno 1626.

## EDITA.

*Nec nō Formularium ſuper expeditionibus Collationum Ordinum, Beneficiorum, Cauſarū matrimonialiū, Criminaliū, & diuerſorum negotiorū pro faciliori Notariorum, Cancellariorum, & aliorum intelligentia.*

Cum taxa Ciuili, & Criminali.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



RONCILIONI.

*Apud Frāciſcum Mercuriū. M. DC.XXVII.*

SVPERIORVM PERMISSV.

# EDITTO

*Sopra il denuntiare l'Heretici, & ſoſpetti d'Hereſia, & quelli, che leggono, & hanno appreſſo di ſe libri prohibiti.*

Angelo Gozadino dell'vna, & l'altra legge Dottore già Arciueſcouo di Naxia, & hora per la Dio gratia, & della S. Sede Apoſtolica di Ciuita Caſtellana, & Horte Veſcouo.

APPartenendo al noſtro Paſtorale offitio, procurare con ogni sforzo, che nel Gregge à noi commeſſo, ſi mantenghi pura, & incorrotta quella fede, che inſegnata dà Santi Apoſtoli, ſi è nella ſanta Madre Chieſa Romana conſeruata ſempre intatta; & ſapendo, che neſſuna altra coſa tanto contamina la purità di quella, quanto l'infettione, e peſte di Hereſia, la quale à guiſa di zizania dà miniſtri di Satanaſſo, mentre in altra maniera non li ſia permeſſo, ſi cerca almeno andar diſſeminando con varij libri, ripieni di mille empietà, e ſceleraggini. Per queſto moſſi dal zelo del culto diuino, e della ſalute dell'anime, ſeguendo là diſpoſitione dell'ordini di N. Signore, e del Santo Offitio, conforme al decreto fatto nella noſtra Sinodo, con queſto Editto commandiamo à tutte, & ſingole perſone di queſta noſtra Città, e Dioceſe, di qualſiuoglia dignità, grado, & honore, che in virtù di ſanta obedienza, e ſotto pena di Scommunica latæ ſententiæ, ſe alcuno di eſſi ſaprà, ò hauerà notitia, che ſiano

nella noſtra giuriſditione Heretici, & loro ſeguaci, fautori & difenſori, & credenti à loro, ò altri, che habbiano detto alcuna parola hereticale, ò fatto qualſiuoglia atto contra là noſtra fede; ò ſappia, che alcuno legga, tenga, & habbia appreſſo di ſe libri prohibiti, ò ſoſpetti d'hereſia, ò compoſitioni prohibite dall'Indice, debbia al più longo frà diece giorni denuntiarlo à noi.

Et ſe per l'auuenire ſaprà tal coſa, ſia tenuto parimente frà detto termine di diece giorni, doppo che l'hauerà ſaputo, riuelarlo.

Commandiamo in oltre eſpreſſamente alli Parochi, & Curati, che due volte l'anno debbiano nelle loro Chieſe publicare il preſente Editto: vna volta nel principio di Quareſima, e l'altra, nell'Auuento del Signore, infrà Miſſarum Solemnia, ſotto pene à noi arbitrarie. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum, has præſentes litteras, manu noſtra ſubſcriptas, fieri, & per infraſcriptum Notarium, & Cancellarium noſtrum ſcribi, ſigillique noſtri iuſſimus, & fecimus appenſione muniri. Datum Ciuitatis Caſtellanæ in noſtro Epiſcopali Palatio ſub anno à Natiuitate Domini . . . . . Indictione . . . . Die verò . . . . Menſis . . . . . Pontificatus Sanctiſs. D. N. . . . . . . Præſentibus N. N. teſtibus, ad præmiſſa ſpecialiter vocatis, habitis, atque rogatis.

## *Sopra li Stampatori, & Compoſitori.*

Angelo Arciueſcouo Gozadino Veſcouo di C. Caſtellana, & Horte.

Esseguendo quello, che vltimamente dà N. S. Papa Vrbano Ottauo per lettere dell'Illuſtriſſimo, & Re-

& Reuerendiſſimo Signor Cardinal Mellino, à noi dirette, viene ordinato, per ouuiare alla peſte de libri prohibiti, & pernitioſi, ordinamo & commandiamo, che nella noſtra Città, & Dioceſe, neſſuno Stampatore, ò Compoſitore de Libri, ò altri, ardiſca ſtampare, ò far ſtampare coſa alcuna, ſe prima non è approuata dà noi. Et neſſun Libraro, ò venditore de libri ardiſca vender libri d'alcuna ſorte, ne meno comprarli, ſe prima non ſaranno dà noi reuiſti. Et chi contrauerrà à queſt'ordine, oltre alla perdita de libri, & alle pene contenute in detto Indice, ſarà anco punito in altre à noi arbitrarie. In quorum, &c.

## *Per l'oſſeruanza delle Feſte.*

### Angelo Arciueſcouo Gozadino Veſcouo di C. Caſtellana, & Horte.

AGgraua molto il Sacro Concilio Tridentino la conſcienza d'ogni Prelato, ammonendolo à fare, che nella ſua Città, & Dioceſe ſiano celebrati religioſamente, & diuotamente li giorni feſtiui. Parimente là ſanta memoria di Pio Quinto, per ſue Bolle rinouando li Canoni antichi ſopra l'oſſeruanza delle Feſte, fece alcune prouiſioni intorno à queſto, & ſtrettamente commandò all'Ordinarij de i luoghi, che ne procuraſſerò là diligente eſſecutione, & per tal cagione imponeſſero pene contra li traſgreſſori, à loro arbitrio. Hora intendendo con molto diſpiacere, che in queſta Città, & Dioceſe molte perſone ciò non oſtante, perſeuerano nell'abuſi, & corruttele dell'inoſſeruāza delle Feſte, con pregiuditio non mediocre dell'honore di Dio, detrimento dell'anime loro, & diſprezzo delli Sacri Canoni, & Cōſtitutioni Apoſtoliche,

ſtoliche, in virtù di eſſe ſtatuimo, ordinamo, & commandiamo con queſto noſtro publico Editto, ſtabilito etiam dalla noſtra Sinodo, in virtù di ſanta obedienza, & ſotto pene à noi arbitrarie, ſecondo là qualità, & grauità del fatto, dà applicarſi à luoghi Pij, alla qual pena non ſolo ſaranno tenuti, quelli che contrauerranno, mà anco quelli, che daranno cauſa di contrauenire, come li Padri per li figliuoli, & li Padroni, & Maeſtri per li Garzoni, Seruitori, & Lauoranti, che dà tutti ſiano le Feſte riguardate, come ſi conuiene: dichiarando, che il giorno di Feſta ſia intiero di vinti quattro hore, cominciando dalla meza notte del giorno, che procede la feſta, ſino alla meza notte del giorno ſeguente. nelli quali giorni prohibimo eſpreſſamente il vendere qualſiuoglia coſa, che non ſia dà mangiare, come ſi dirà. non poſſa alcuno vendere libri, imagini, hiſtorie, ò altre coſe ſimili. ne meno ſi tengano le porte delle Botteghe aperte per vendere coſa alcuna, eccetto le Botteghe de Speziali, Macellari, Pizzicaroli, & Fornari, li quali poſſino vendere detta la prima Meſſa, tenendo aperto lo ſportello ſolo. Li Fabri poſſino ferrare ſolamente in caſo di neceſſità. L'Hoſti, & Bettolanti poſſino vendere ſolamente à minuto, pane, & vino, & altre coſe neceſſarie al vitto humano, vdita la Meſſa: eccetto però li giorni di Paſqua, & Natale di N. Signore. li frutti ſi vendano vdita prima la Meſſa, mà da foraſtieri, con licenza, doppo la detta Meſſa. li Vetturali, eſſendoſi partiti in giorno non feſtiuo, poſſino ſeguitare il ſuo viaggio anco in giorno di Feſta, vdita la Meſſa.

In tempo di mietere, falciar fieni, e vendembiare, non ſi poſſa fare alcuna delle coſe predette, ſe non in caſo di neceſſità, & doppo le Meſſe, con licenza noſtra, ò de Vicarij Foranei de luoghi.

Quanto alli mercati, che ſi fanno ogni ſettimana, ſe

occor-

occorrerá nel giorno ſolito eſſer Feſta, ſi faccino il giorno auanti. mà quanto alle fiere, che ſi fanno vna volta l'anno, come accade per il concorſo à qualche deuotione, ſi potrá in quel giorno vendere, ancorche ſia feſta di precetto, doppoche ſará finita la Meſſa Maggiore, & non prima.

Si prohibiſce eſpreſſamente in queſti giorni ogni eſſercitio ſeruile, tanto dentro, quanto fuori della Cittá, e luoghi; & particolarmente alli Ciarlatani, Saltinbanchi, e ſimili, di potere publicamente, ò priuatamente eſſercitare coſa alcuna. ne meno ſi poſſa in detti giorni tener ſcuola di Grammatica, Scriuere, Abaco, Ballare, Suonare, & Scrimire.

Si prohibiſce ancora qualſiuoglia gioco, tanto publico, quanto priuato: anzi in queſti giorni ſi eſſorta ciaſcheduno, oltre all'obligo d'vdire la Meſſa, ad vdire anco li Veſperi, frequentare le Chieſe, & occuparſi in altri eſſercitij ſpirituali, che ſono rimedio per fuggire i peccati, & diſpongono al ben fare.

In detti giorni non ſi faccino eſſecutioni, nè reali, nè perſonali, nè atto giuditiale di qualſiuoglia ſorte, ad iſtanza di qualſiuoglia perſona.

Auuertendo ognuno à non contrauenire, perche ſi procederà contra li traſgreſſori con ogni rigore, acciò li giorni feſtiui ſi oſſeruino. In quorum, &c.

## *Circa il conuerſare in Chieſa.*

Angelo Arciueſcouo Gozadino Veſcouo di C. Caſtellana, & Horte.

COmmandano eſpreſſamente li Sacri Canoni, Cōſtitutioni Apoſtoliche, & il Sacro Concilio Tridentino, che ſi debbia portare ſomma riuerenza alle Chieſe

Chieſe, nelle quali particorarmente habita noſtro Signore, che però ſono degne di riſpetto, ſenza comparatione alcuna, più delle Caſe de Prencipi mondani. & in particolare Pio V. di beata vita aggraua molto la conſcienza degli Ordinarij de luoghi, ordinando, che faccino inuiolabilmente oſſeruare la riuerenza delli Tempij d'Iddio. Ilche volendo noi eſſeguire, & conforme al noſtro debito paſtorale rimediare alle graui, & publiche offeſe, che in queſta Cittá, e Dioceſe ſi fanno á Dio, con la poca riuerenza, che ſi porta alle Chieſe, & altri luoghi ſacri, & nelle ſante proceſſioni; doue è maggior concorſo di Popolo, come accade in quelle Chieſe, doue ſono l'orationi delle quaranta hore, e l'Indulgenze, onde con ragione ſi dubita, che per tali diſordini non ci ſopraſtia qualche ſeuero flagello; Però ſtatuimo, & ordiniamo per l'auttoritá predetta, ſotto pene á noi arbitrarie, ſecondo la grauitá de caſi, & conditioni delle perſone, che neſſun Laico entri, ò ſtia nel Choro delle Chieſe, tanto de Secolari, quanto de Regolari, mentre ſi recitano li diuini offitij, ne in dette Chieſe habbia ardire in qualſiuoglia tempo paſſeggiare, ò ſtar fermo in circolo di gente, eccetto in tempo di Prediche, ò Sermoni.

Ne meno alcuno ardiſca appoggiarſi ad Altari, ne alli vaſi dell'acqua ſanta, ne al fonte del Batteſimo, ne ſedere irriuerentemēte con le ſpalle riuolte al Santiſſimo Sacramento dell'Altare, ò indecentemente metterſi in faccia delle Donne, ne meno far tumulto, ò ſtrepito, per il quale ſi turbino li diuini offitij, ne far atti, cenni, ò dir parole dishoneſte ad alcuna donna, ancorche ſia impudica, ne ragionare di coſe oſcene, profane, ò ſecolari, ne per ciò fermarſi alle Porte delle Chieſe, ò doue ſia qualche feſta, ò Indulgenza,

ne

ne ſedere fuori delle Chieſe per ſentire le Meſſe, che ſi dicono dentro di eſſe.

Neſſuno entri in Chieſa con cani da caccia, ne con ſparuieri, ò altri ſimili vccelli; ne meno con archibugi, & arme in haſte, ne tali inſtrumenti ſi appoggino alli muri delle Chieſe, ò Cemiterij.

Nelle Chieſe, doue ſará diſtinto il luogo delle Dōne da quello de gli huomini, neſſun'huomo s'introduca, ò s'intrometta trà le Donne.

Mentre ſi celebrano le Meſſe, & recitano li diuini offitij, neſſuno s'appoggi all'Altari, ne alli gradi d'eſſi, ne meno ſi ponga nelli Confeſſionali; ma il Sacerdote celebrante, ò il Chierico, che lo ſerue, in tal caſo l'ammoniſca.

S'aſcolti la Meſſa col capo ſcoperto, & con ambe le ginocchia in terra, eccetto quando ſi legge l'Euangelio. Et all'hora non ſia lecito, ne ad huomini, ne á Donne ſedere; ne ſi partino dalla Meſſa, prima che ſia detto l'Euangelio doppo la benedittione.

Li poueri mendicanti, & altri queſtuarij non vadino per la Chieſa á domandar l'elemoſina, mentre ſi celebrano le Meſſe, e li diuini offitij. Li Sopraſtanti delle Chieſe, etiam de Regolari, deputino vno á queſto offitio.

Nelle Chieſe, Cemiterij, & Portici, non ſi faccino coſe profane. ne ſi formino proceſſi, ne ſi eſſaminino teſtimonij, ne meno ſi raddunino Conſigli, ne publici, ne priuati di qualſiuoglia ſorte.

Nelle Chieſe non ſi tenga ripoſto grano, orzo, ò altro indecente.

Mentre ſi fanno le Proceſsioni, & particolarmente quella del ſantiſſimo Sacramento, ò doue per qualche feſta è Indulgenza, & concorſo de Popoli, ſi ſtia, & vada in Chieſa con quella deuotione, che ſi conuiene,



Digitized by Google

uiene, & ſi ricerca in coſe così ſante, & religioſe. ne in eſſe Proceſſioni ſi faccia tumulto, riſſa, ò queſtione alcuna; & il ſimile s'oſſerui in accompagnare li Morti alle Chieſe.

Auuertano li Rettori, & altri Cuſtodi di Chieſe, etiamde Regolari, che in neſſun modo in quelle, ò luoghi contigui, ſacri, & religioſi, riceuino Banditi, fuggitiui della Corte, ne altri debitori, conforme á gli ordini Apoſtolici.

Ne meno ſia lecito, vicino alle Chieſe, & Monaſterij di Monache, per canne cinquanta, habitar Donne dishoneſte, ne ſonare, e cantare talmente, che ſia vdito il canto, e ſuono dalle Monache, ſotto pena á Noi arbitraria. In quorum, &c.

## *Editto per l'oratione delle quarant'hore,*

Angelo Arciueſcouo Gozadinó Veſcouo di C. Caſtellana, & Horte.

VOlendo Noi, che l'oratione delle quarant'hore ſi faccia con quel debito modo, che ſi ricerca; ci è parſo col preſente noſtro Editto, ordinarle nel modo che ſegue.

L'oratione delle quarant'hore ſi faccia continuamente, come è ſolito, non interuenendoui mai Donne doppo il ſuono dell'Aue Maria della ſera, ſino alla mattina del giorno ſeguente.

Gli Huomini in tutte l'hore ſtiano diſtinti dalle Donne.

Di continuo, in ciaſchedun'hora, ſi deputi vn Prete con Cotta, & Stola, ò Chierico, & due Confratelli, veſtiti del ſacco di quella Compagnia, che deue hauere la cura di fare queſta oratione, ſecondo il torno,

che

che ſi vſa nella noſtra Città. & fuora del torno, occorrendo che ſi faccia in altro tempo nella noſtra Chieſa, la Compagnia del ſantiſsimo Sacramento hauerà queſto carico: & ſi aſsiſta, come ſi è detto.

Nella Dioceſe, vſi farſi dalle Compagnie per torno, ſecondo le precedenze, nelle Chieſe Colleggiate, ò Parochiali, ogn'anno, nella Domenica delle Palme, aſſiſtendo, come ſopra, qualche Prete, ò Chierico, con due Compagni veſtiti.

L'hore ſi diſtribuiſchino per la Città, ò luoghi, talmente che in ciaſchedun'hora, tanto di giorno, quanto di notte, conuenghino perſone, acciò in neſſun tempo ſia il luogo dell'oratione vacuo. & in ciò ſi eſſorta ognuno à volere interuenire nell'hore commandate.

Non potendoſi dalle Compagnie fare l'apparato di detta oratione, in quel modo che ſi ricerca; volemo, che almeno di continuo ardano ſei candele di cera, & dodici lampadini d'oglio.

A quelli, che confeſſati & communicati, interuerranno à detta oratione, dimorandoui per qualche ſpatio di tempo, concediamo Indulgenza di quaranta giorni. In quorum, &c.

## *Editto per l'oſſeruanza della Quareſima.*

**Angelo Arciueſcouo Gozadino Veſcouo di C. Caſtellana, & Horte.**

OGni tempo, & giorno ci dimoſtra i beneſitij, che riceuemo da Dio, ma nō è parte alcuna dell'anno, così piena di miſterij, e nella quale il noſtro Signore ci faccia partecipi di beni maggiori, che nella Quareſima, che è la decima parte dell'anno più par-

ticolarmente deſtinata al ſeruitio di ſua Diuina Maeſtà. Si ricerca però, che ogni fedel Chriſtiano, procuri con ogni eſſatta diligenza ſpendere detto tempo in penitenze, aſtinenze, e digiuni; acciò ſi renda degno di tanto benefitio. Onde Noi moſſi dall'offitio noſtro Paſtorale, e dalla conſideratione di detto ſacro tempo: & per eſſeguire in ciò il Decreto del Sacro Concilio di Trento, col preſente Editto, ordiniamo, & commandiamo, ſotto pena à Noi arbitraria, ſecondo la qualità del caſo, & conditione delle perſone, che neſſuno di Quareſima (la quale, ſecondo il rito della ſanta Madre Chieſa, comincia dal giorno delle Ceneri) ardiſca, ne preſuma mangiare alcuna ſorte di carne, oua, ò butiro, ò altro latticinio, ne altri cibi vietati in detto tempo: ne meno, ſotto pena di peccato mortale, ardiſca alcuno rompere il digiuno, eccetto le Domeniche. ſono eccettuate ſolamente quelle perſone, che ò per età, ò per altro legitimo impedimento dalli Sacri Canoni non vengono aſtrette.

Li cibi, che ſi permettono all'ammalati, non ſi vendano publicamente, ma in luogo priuato, à ciò deputato. L'Infermi, che hanno licenza di mangiare cibi vietati, vſino quelli moderatamente, & con affetto Chriſtiano, ricordandoſi, che ſolo in atto di neceſſità, ſi permette tale vſo.

Non poſſino in tal caſo i Macellari vender carne, ſenza noſtra licenza in ſcriptis, ò del noſtro Vicario Generale, e nelli luoghi della Dioceſe, ſenza la licenza delli Vicarij Foranei, ò d'altri deputati. & ſi permettano ſolamente le carni di Vitella, e Caſtrati, & ſi auuerta nel venderle, che li Compratori habbiano

la

la noſtra licenza, ò delli ſopradetti.

Si prohibiſce à gli Hoſti, Tauernieri, & Bettolanti il tenere nelle loro Bettole, ò Hoſtarie qualſiuoglia ſorte di carne, oua, ò latticinio; & all'iſteſſi ordinamo, che in ogni Camera delle loro Hoſtarie debbiano tenere vna figura di N. Signore, ò de Santi: ne in alcun tempo in eſſe poſſino ritenere Donne di mala vita.

**Eſſortiamo paternamente ognuno, che in queſto tempo di Quareſima, cerchi ritirarſi con ogni potere á diſciplina più ſeuera di vita, & mortifichi, quanto può, il ſuo corpo, come á buoni Chriſtiani ſi conuiene.** In queſto tempo s'aſtengano gli huomini, e le donne dal veſtire ſuperba, & ricchamente, & più che in altri tempi, vſino veſti poſitiue, in ſegno di penitenza, & aſtinenza.

Si laſcino l'inimicitie, odij, & rancori, & ognuno cerchi rappacificarſi col ſuo proſſimo, perche queſto è il principio di venire al porto di ſalute.

Si raffrenino l'appetiti carnali, non ſolo con l'aſtinenze, e digiuni, ma anco con cilicij, e diſcipline.

S'aſtenga ognuno dalle burle, e ciancie, & attenda a ll'orationi, & meditationi.

Parimente ognuno s'aſtenga dalle caccie, conuiti, e feſtini, & attenda allo ſpirito, & eſſercitij pij, & ad andar ſpeſſo alle Chieſe: e deuotamente viſiti le Stationi, & i luoghi doue ſono l'Indulgenze.

Cerchi ognuno ogni mattina vdir la Meſſa, prima che vada in campagna, & anco la Predica, & in tale hora gli Artiſti ſiano obligati á tenere le Botteghe ſerrate: come anco non ſi aprano Tribunali, ne tenga audienza, ne faccia atto alcuno giuditiale.

Si

Si eſſortano li Maeſtri di Scuola, che ogni mattina conduchino li ſuoi Diſcepoli alla Meſſa, e Predica, & ad altri deuoti eſſercitij; acciò che li Giouanetti nell'età tenera comincino à prendere la buona piega, & ad imparare le regole di viuer bene.

Auuertiſchino li Medici, di non far fede à gli ammalati, ſe non ſarà più che neceſſaria, & ſe l'infermità non la ricerchi.

Perche il tempo di Quareſima è tempo accettabile, ognuno procuri, più ſpeſſo che può, confeſſarſi, & communicarſi; che in queſta maniera caminarà per la via della ſalute. In quorum, &c.

## *Editto per li Concubinarij.*

### Angelo Arciueſcouo Gozadino Veſcouo di C. Caſtellana, & Horte.

**Volendo Noi eſſeguire, quanto da Sacri Canoni, & Concilio Tridentino viene cõmandato**, contra li Concubinarij, & Adulteri; Per il preſente noſtro publico Editto, inſtituito anco in queſta noſtra Sinodo, commandiamo, & eſpreſſamente ordiniamo à tutti, & ſingoli Concubinarij, & Adulteri, tanto donne, quanto huomini; tanto ſecolari, quanto Eccleſiaſtici, ſe vi fuſſero, che debbiano ſepararſi affatto da tal conuerſatione, & laſciar queſto enorme, & graue peccato, tanto deteſtato da detti Sacri Canoni, ſotto la pena contenuta in eſſi, & altre à noſtro arbitrio.

Eſpreſſamente anco commandiamo, che neſſuno huomo, ò donna maritata cerchi ſepararſi dal matrimonio, per poter viuere in peccato d'Adulterio, ſotto qualſiuoglia preteſto, ſe tal cauſa non ſia ſtata prima

da

da noi giudicata. Et 'n tal caſo, cerchino viuere ſenza ſoſpetto alcuno di ſimil peccato, ſotto pena à Noi arbitraria, ſecondo la qualità del caſo, e conditione di perſone.

Contra quelli, che commetteranno ſtupri, & ſimili delitti, ſi procederà da Noi con quel rigore, che comporta il caſo, e la qualità delle perſone, etiam per inquiſitionem, & in ogni altro miglior modo, per venire in notitia del delitto, & ſi crederà etiam ad vn teſtimonio, eſſendo degno di fede. In quorum, &c.

## *Dell'Habito Clericale.*

### Angelo Arciueſcouo Gozadino Veſcouo di Ciuita Caſtellana, & Horte.

PErche il Sacro Concilio di Trento, e la Conſtitutione di Siſto V. di fel. mem. eſpreſſamente commandano à tutti li Chierici ordinati in ſacris, & à gli altri, che hanno Benefitij, ouero Penſioni, che debbiano veſtire d'habito condecente, & talare; Però per il preſente noſtro Editto, inſtituito anco in queſta noſtra Sinodo, ammonimo ogni Chierico, tanto chi hà ordini ſacri, quanto chi hà Benefitij, & Penſioni, che in termine di quindici giorni, da cominciarſi dalla publicatione della noſtra Sinodo, li quali per trina, & canonica monitione aſſegnamo, debbia veſtire d'habito talare, condecente alli ſuoi ordini, con la debita, & proportionata tonſura: altrimente conforme à dette Conſtitutioni, adeſſo, per all'hora dechiaramo li traſgreſſori priuati di detti Benefitij, & Penſioni; & procederemo alla ſequeſtratione de i frutti, non potendo eſſi con buona conſcienza, per eſſer priuati, goderli.

Et

Et intorno alli Chierici, che hanno la prima tonſu-ra, ò l'ordini minori, ordiniamo, & commandiamo, che eſſi ancora debbiano vſare tal habito, e tonſura, e ſeruire alle Chieſe, alle quali ſono ſtati aſcritti, ſecondo gli ordini ſopra ciò dati, e fuggire ogni mercantia, e trafico illecito. altrimente li dichiaramo inhabili à godere il Priuilegio del foro Eccleſiaſtico. In quorum, &c.

---

## Formulæ, quibus Curia Epiſcopalis Ciuitatis Caſtellanæ vti debet in expeditionibus, Collationibus ordinum, & Beneficiorum, Confeſſionibus, Matrimonijs, ac in Criminalibus, & alijs.

### *De Ordinibus.*

### Forma Edicti pro ordinatione.

Nos ANGELVS GOZADINVS I. V. D. Olim Archiepiſcopus Naxienſis, nunc verò Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia, Ciuitatis Caſtellanæ, & Hortanæ, Eccleſiarum ad inuicem canonicè perpetuò vnitarum Epiſcopus.

PRO primis ſacris futuris temporibus de Menſe Februarij proximè onus cōferendorum Ordinum ſubituri (Deo dante) omnes, & ſingulos, quos ad eos ſuſcipiendos pia ducit affectio, harum ſerie certiores facimus, quatenus die Iouis quæ erit . . . . . . . eiuſdem Menſis indicta

dicta Ciuitate Caſtellana ſiſtant ſe coram Nobis, & R. R. D. D. Examinatoribus Synodalibus, præſcriptum ſubituri examen, illatis de more litteris, vel documentis publicis ſuæ quorumcunque Vniuerſitatis, Parochi, & Præceptoris, reſpectiuè, ad formam Sac. Canonum, ſacroſancti Concilij Tridentini, & ſummorum Pontificum Conſtitutionum, neceſſaria probantibus: eoſdemque certos reddimus, emeritam Charitatem pro ſuo famulatus officio, pro ſingulorum merito, omni poſtpoſita perſonarum acceptione, recepturos. In quorum, &c. Datum, &c.

loco ✝ ſigilli.

*N. Canc.*

## *Fides Collationis Primæ Tonſuræ.*

**Angelus Archiepiſcopus Gozadinus, &c.**

**VNiuerſis &c. fidem facimus, & atteſtamur, qualiter exiſtentes in noſtra Cathedrali Eccleſia S. N. eiuſdē Ciuitatis Caſtellanæ ad Altare Maius, pontificalibus induti, ac generalem ordinationem in his quatuor temporibus Cinerum celebrantes, Die Sabbati Menſis Februarij . . . . . 1626. inter Miſſarum ſolemnia RR. DD. Archipresbytero, & Canonicis eiuſdem Cathedralis Eccleſiæ aſſiſtentibus, N. filium N. ex D. N. eius Coniuge natum, de Terra N. eiuſdem noſtræ Ciuitatis Diœceſis, vel N. de Terra N. in Sabinis, cum ſcientia Ordinarij,**

**Et ſi erit Regularis, cum fide ſui Superioris, ad præſcriptum Sac. Trid. Conc. prima clericali Tonſura inſigniuimus, ac ad ſeruitium Parochialis Eccleſiæ**

N. eiuſdem Terræ aſcripſimus omni, &c. In quorum, &c. Datum, &c. vbi.

## *Fides Collationum ordinum Minorum.*

CLericum N. prima clericali Tonſura inſignitum, ad oſtiariatus, lectoratus, exorciſtatus, & Accolitatus ordines, ad præſcriptum Sac. Conc. Trid. ritè, & rectè in Domino promouimus, & ordinauimus. In quorum &c. Datum &c.

Et ſi prædicti Ordines collati fuiſſent extra Eccleſiam, dicat in camera noſtra Cubiculari, omittendo illa verba, in Eccleſia, inter Miſſarum ſolemnia, & generalem ordinationem tenentes.

## *Fides Collationis Sac. Ord. Subdiaconatus.*

CLericum N. de Terra N. eiuſdem Ciuitatis Diœceſis, in ordinibus minoribus conſtitutum, ad ſacrum Subdiaconatus ordinem, ad titulum ſui ſufficientis, & pacifici Patrimonij, vel Beneficij Eccleſiaſtici, valoris ſcutorum triginta annuatim, pro ſua ſufficienti ſuſtentatione:

Si erit Regularis, ad Titulum Paupertatis, cum fide atteſtationis ſui Superioris, temporum interſtitijs non ſeruatis, quæ ſecum ob neceſſitatem Eccleſiæ diſpenſauimus, ad præſcriptum Sac. Conc. Trid. ritè, & rectè in Domino promouimus, & ordinauimus. In quorum &c. Datum &c.

## *Fides Collationis Ordinis Diaconatus.*

REuerendũ N. Subdiaconum de Terra N. eiuſdem Ciuitatis Diœceſis ad ſacrum Diaconatus Ordinem,

nem, ad præſcriptum Sac. Conc. Trid. ritè, & rectè in Domino promouimus, & ordinauimus. In quorum &c. Datum &c.

Pro Presbyteratu, ſimilis.

*Dimiſſoria pro ſuſcipiendis Ord. Minoribus.*

Angelus Gozadinus, &c. Epiſcopus. &c.

DIlecto Nobis in Chriſto N. de N. Diœceſis Ciuitatis Caſtellanæ ſalutem &c. Tibi, qui ex legitimo matrimonio procreatus, ſacro Chriſmate confirmatus, ætate, moribus, litteratura, & alijs requiſitis, præuio examine, idoneus repertus es, vt à quocunque Catholico Antiſtite, ritè, & canonicè promoto, gratiam, & communionem ſanctæ Sedis Apoſtolicæ habente, quem ob id adire malueris, primam clericalem Tonſuram, & deindè Oſtiariatus, & reliquos Minores Ordines, ſtatutis à Iure temporibus, vel temporum interſtitijs non ſeruatis, quæ tecum propter Eccleſiæ neceſſitatem, vel vtilitatem Eccleſiæ, ad cuius ſeruitium aſcriptus es, ſuſcipere poſſis, eidem Antiſtiti illos conferendi, & tibi ab ipſo recipiendi, ad præſcriptum Sac. Conc. Tridentini, licentiam, & facultatem damus, & impertimur. In quorum &c.

*Dimiſſoria pro Ordine Subdiaconatus.*

Angelus &c. Epiſcopus &c.

DIlecto Nobis in Chriſto Clerico N. de N. Diœceſis Ciuitatis Caſtellanæ, in Ordinibus minoribus

conſtituto, & in eis iam per annum, & vltra verſato, vt ad ſacrum Subdiaconatus ordinem, ad titulum tui ſufficientis, & pacifici Patrimonij, de quo per Inſtrumentum publicum in actis noſtræ Cancellariæ Nobis legitimè conſtat, in his proximis quatuor temporibus Cinerum, à quocunque Catholico Antiſtite Sacram Communionem, & gratiam ſanctæ Sedis Apoſtolicæ habente, quem propter hoc adire malueris, promoueri poſſis, eidem Antiſtiti illum conferendi, & Tibi ab eo recipiendi, ad præſcriptum Sac. Concilij Tridentini, licentiam, & facultatem damus, & impertimur. Atteſtantes te eſſe in Eccleſia proclamatum, & ab exa minatoribus noſtris Synodalibus, præuio examine, idoneum repertum, moribus, ætate, literatura, & alijs requiſitis, ac habilem ad recipiendũ Ordinem prædictum. In quorum &c.

## *Dimiſſoria pro ſuſcipiẽdo Ordine Diaconatus.*

Angelus. &c. Epiſcopus. &c.

Dilecto Nobis in Chriſto R. D. N. de Terra N. in ſacro Subdiaconatus ordine conſtituto, & in eo per annum verſato, qui ex legitimo matrimonio natus, & in ætate legitima conſtitutus, vita, & moribus requiſitis præditus, in Eccleſia proclamatus, Idoneus repertus, & præuio examine approbatus, nulloque vitio, crimine, defectu, irregularitate, vel alia Eccleſiaſtica cenſura, quod ſciamus, annodatus es, vt á quocunq; Catholico Antiſtite ritè, & canonicè promoto, ac gratiam, & communionem ſanctæ Sedis Apoſtolicæ habente, ad ſacrum Diaconatus ordinem promoueri valeas in hiſcè proximis quatuor temporibus, & eidem Antiſtiti illum conferendi, & Tibi ab eo re-

eo recipiendi licentiam, & facultatem damus, & impertimur, ad præſcriptum Sac. Concilij Tridentini. In quorum. &c.

Similis pro Presbyteratu.

## *Dimiſſoria facienda Regularibus.*

Angelus. &c. Epiſcopus. &c.

TIbi R. Patri N. Cappuccino, in Conuentu N. reſidenti noſtræ Diœceſis Ciuitatis Caſtellanæ, vt ad ſacrum Subdiaconatus Ordinem, ad titulum paupertatis, in proximis futuris quatuor tẽporibus Pentecoſtes, à quocunq; Catholico Antiſtite, ritè, & canonicè promoto, communionem, & gratiam ſanctæ Sedis Apoſtolicæ habente, promoueri poſſis, cum illum à Nobis propter legitimum impedimentum ſuſcipere nequeas, ſtante fide tui Superioris, dummodo idoneus reperiaris, licentiam damus, & impertimur, ad præſcriptum Sac. Conc. Tridentini, & Summorum Pontificum, & Declarationum Sac. Congregationis Concilij. In quorum. &c.

## Fides facienda à Parocho Ordinando ad primam Tonſuram, de legitimo matrimonio, ætate, & Chriſmate.

EGo N. Archipresbyter Collegiatæ Eccleſiæ N. de Terra N. Ciuitatis Caſtellanæ Diœceſis, fidem facio, & atteſtor, qualiter in libro baptizatorum anni 1599. in Archiuio eiuſdem Eccleſiæ exiſtente, & repoſito, reperitur, quòd N. Filius N. ex D. N. eius coniuge natus, ſub die 3. Octobris 1600. fuit à q. R. D. N.

D. N. dum vixit, dictæ Eccleſiæ Archipresbytero baptizatus, & à bon. mem. N. olim Epiſcopo dictæ Ciuitatis Caſtellanæ, & Hortanæ. ſub die 8. Maij 1608. ſac. Chriſmate confirmatus, pro vt in libro Confirmatorum, ad quæ &c. & nè de prædictis vllo vnquam tempore dubitari contingat, præſentem fidem ſcripſi, ſubſcripſi, ac ſigillo meo muniui requiſitus. Hac Die &c.

*Ità eſt N. Archipresbyter manu propria.*

loco ✝ ſigilli

## Alia ab eodem Parocho, & Magiſtro Grammaticæ pro minoribus Ordinibus.

FIdem facio, & atteſtor ego N. Rector Eccleſiæ N. Terræ N. qualiter N. de N. omnibus diebus Dominicis, & feſtiuis doctrinam Chriſtianam in dicta Eccleſia N. ad cuius ſeruitium eſt aſcriptus, piè, & deuotè exercuit, ac illi in Miſsis, & alijs Eccleſiaſticis functionibus, aſſiduò inſeruiuit, eſtque Iuuenis bonæ conditionis, & famæ, optimiſq; moribus imbutus, & in ætate annorum . . . . . . . conſtitutus, vt apparet ex libro Baptiſmatis de natali ſuo ſub die . . . In quorum &c. ſcripſi, & ſubſcripſi, hac die . . . . .

*Ità eſt &c.*

loco ✝ ſigilli

EGo N. Magiſter Grammaticæ Terræ N. fidem facio, & atteſtor, qualiter N. de N. de eadem Terra, ab anno 1622. quo ego Magiſter Scholæ huius Communitatis inſeruio, vſque in præſentem diem, aſſiduò litte-

litteris operam nauauit, & in illis eſt benè inſtructus, boniſque moribus imbutus. In quorum &c.

*Ità eſt &c. Ego &c.*

loco ✠ ſigilli

## Epiſtola pro Denuncijs faciendis in Ordinibus Sacris.

REuerende Domine ſanciuit ſacroſanctum Conc. Tridentinum, nè quiſquam ad ſacros ordines promoueatur, niſi per menſem, ante ſuſceptionem cuiuslibet ordinis, in Eccleſia publicè proclametur. ad præſcriptum igitur huiuſmodi, D. T. committimus, vt deſiderium N. de N. de Terra N. qui in proximis temporibus Cinerum, ad titulum ſui Patrimonij, ad ſacrum Subdiaconatus Ordinem promoueri intendit, in Eccleſia tua, tribus diebus feſtis, publicè inter Miſſarum ſolemnia denuncies, & de ipſius Natali, ætate, moribus, & vita, & de qualitatibus introſcripti ſui Patrimonij per fide dignas perſonas diligēter inquiras, litteraſq; teſtimoniales, inquiſitionem huiuſmodi factam continentes, ſigillatas, & ſubſcriptione tua firmatas Nobis tranſmittas. Vale. Datum in Ciuitate Caſtellana, Die . . . . .

D. T. Admod. Reuer.

Vti frater

*Angelus Archiepiſcopus Gozadinus Epiſcopus.*

Patri-

## Patrimonium inſerendum in litteris prædictis.

CLericus N. de N. de Terra N. Diœceſis Ciuitatis Caſtellanæ, medio iuramento, tactis &c. in Cancellaria Epiſcopali dictæ Ciuitatis præſtito, affirmauit quietè, & pacificè poſſidere, ac ad ipſum pleno Iure vtilis, ac directi dominij ſpectare, & pertinere vnum prædium capacitatis rub. viginti in circa, poſitum in N. in contrada, vt dicitur N. iuxta bona N. &c. & ex illius fructibus annuatim percipere ſcuta quadraginta monetæ, quod voluit eſſe ſuum Patrimonium, ad effectum conſequendi Ordines ſacros, ex forma ſacroſancti Conc. Tridentini. & illud promiſit non vendere, nec alienare, neque permutare abſque licentia &c. licet ſibi conferatur aliquod Beneficium Eccleſiaſticum, niſi facta mentione, caſu quo aliquod Beneficium aſſequatur, quo ex fructibus dicti Beneficij ſufficienter viuere poſſit: promiſitque eſſe liberum ab omni cenſu, onere, &c. nullique fideicommiſſo eſſe ſubiectum, nec alteri obligatum, & aliás, prout in Inſtrumento in dicta Cancellaria, rogatum.

Si quis enim ſcit illud eſſe alicui perſonæ obnoxiū, obligatum, & promiſſum, aut ſuper eo aliquem Cenſum impoſitum, vel onus iniunctum, debeat in termino quindecim dierum D. Epiſcopo, vel Archipresbytero Terræ N. ex qua dictus Clericus eſt oriundus, & in cuius territorio dicta bona ſunt ſita, reuelare, & ſic pariter vitam, & mores, quos dictus Clericus ducit, & conditiones perſonæ, quas habet,

Pro faciliori inſtructione Ordinandorum ponuntur vulgari ſermone inſtructiones infraſcriptæ.

Primieramente quello che aſſegnarà li beni del Patrimonio doura promettere de euictione, ouero, ſe biſognarà

biſognarà, dar anco ſecurtà, e giurare, che l'aſſegnamento non è finto, ne ſimolato, ma vero, e reale. L'iſteſſo giuramento preſtaranno li Clerici, promettendo non alienare in modo alcuno il Patrimonio aſſegnatoli, facendolo publicare non ſolo nella Chieſa, ſotto la quale ſono li beni Patrimoniali; mà anco in quella, doue eſſi Clerici hanno il Domicilio, per hauer cognitione, tanto delli beni, quanto della perſona: con farſene far fede dà i Parochi, come ſi pone nella ſua forma.

Doueranno anco moſtrare, hauer d'eſſi pacifico, & quieto poſſeſſo, per Inſtrumento publico, e che pacificamente ne riceuano il frutto, ſenza contradittione alcuna.

Se vorranno eſſere ordinati ad titulum Beneficij, doueranno anco moſtrare la collatione di quelli, il poſſeſſo pacifico, & il riceuer de frutti, & giurare, che non è biſognoſo, e ſopra eſſo non vi è poſta Pentione alcuna, ò ſe pure vi è, che il reſto del frutto può ſeruire per ſua ſofficiente ſoſtentatione.

## Modo in volgare di publicare ad Titulum Patrimonij.

DEſidera il Clerico N. da N. eſſer promoſſo al ſacro ordine del Subdiaconato ad Titulum ſui Patrimonij, il quale è, & conſiſte in vna tenuta &c. ſi denuntia in Chieſa publicamente, chi ſapeſſe, che qualche coſa gli oſtaſſe, & particolarmente, che li beni Patrimoniali non fuſſero liberi, mà ſoggetti à fideicommiſſo, ò grauezze, & enfiteotici, ò obligati, & hipotecati per cauſa dotale, ò per altro debito venduti con patto di riſcuotere, e che il Patrimonio non ſia reale, mà ſimolato, e finto, e non di rendità di

ſcudi trenta l'anno, ouero che á quello, il quale hà fatto il Patrimonio, non reſtino altri beni per ſua ſofficiente ſoſtentatione, ò per ſuoi figliuoli, ò fratelli.

Et chi medeſimamente ſapeſſe, che detto Clerico N non fuſſe di legitimo Matrimonio, ouero Scommunicato, Interdetto, Irregolare, querelato, proceſſato, condannato, e bandito, ouero haueſſe altro deferto notabile, & fuſſe anco di mala vita, e coſtumi, lo debbia riuelare à me Paroco in termine di quindici giorni; acciò non trouandoſi impedimento alcuno, poſſa à ſuo tempo conſeguire l'ordine, che deſidera del Subdiaconato, & in ciaſcheduna denuntia dica, queſta è la prima, queſta è là ſeconda, & queſta è là terza.

Ad Diaconatus, & Presbyteratus Ordines fiunt Denuntiæ, vt ſupra abſq; tamen expreſſione Patrimonij, vel Beneficij.

## Fides Parochi de Denuntijs.

EGo N. Archipresbyter Terræ N. Diœceſis Ciuitatis Caſtellanæ fidem facio, & atteſtor, qualiter vigore litterarum mihi á Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo N. . . . . ſub die . . . . . tranſmiſſarum denunciaui in mea Eccleſia S. N. tribus diebus feſtis, intra Miſſarum ſolemnia, deſiderium Clerici N. de N. de Terra N. promoueri volentis in futuris proximis temporibus ad ſacrum Subdiaconatus ordinem, ad titulũ ſui Patrimonij, conſiſtentis in vno prædio, &c. redditus annualiter ſcutorum triginta, ſiuè ad titulũ Beneficij Eccleſiaſtici, ſub Inuocatione N. in dicta Eccleſia exiſtentis, annui redditus ſcutorum triginta, ad effectum habendi reuelationes de aliquo impedimento, non ſolum circa perſonam, & mores dicti Clerici,

verum

verum etiam circa qualitates dicti Patrimonij, vel Beneficij, & nullum in dictis publicationibus mihi relatum impedimentum. teſtificor enim dictum Clericum N. eſſe de legitimo matrimonio natum, & in ætate annorum 22. conſtitutum, & in Ordinibus Minoribus per annum valdè verſatum, atque Eccleſiæ N. aſſiduò in diebus feſtis, in functionibus Eccleſiaſticis, & diuinis Officijs, ac vſu Sacramentorum, iuxta præſcriptum ſacroſancti Conc. Tridentini, & decretorum Synodalium inſeruiſſe, ac eſſe bonis moribus, & vita imbutum, prout medio iuramento &c. tacto pectore, more ſacerdotali, coram Deo fateor, & teſtificor. & nè de præmiſſis vllo vnquam tempore hæſitari contingat, præſentes teſtimoniales litteras ſcripſi, ſubſcripſi, ac ſigno meo, quo in talibus vtor, muniui requiſitus.

## Inſtrumentum aſſignationis Patrimonij.

IN Nomine Domini Amen. Anno á Natiuitate eiuſdem Domini milleſimo &c. Indictione ...... die verò &c. Pontificatus Sanctiſſimi &c. In mei Notarij publici, & teſtium infraſcriptorum præſentia, ad hæc ſpecialiter vocatorum, habitorum, & rogatorum, præſens, & perſonaliter conſtitutus N. de N. Diœceſis Ciuitatis Caſtellanæ, aſſerens N. ſuum ex Fratre Nepotem, ſpirituali feruore motum, velle Deo in diuinis famulari, & nihil aliud dicto ſuo deſiderio aduerſari, niſi defectum Patrimonj, quo poſſit honorificè, & ſufficienter in Sacerdotali dignitate viuere, iuxta decretum ſacroſancti Concilij Tridentini, decreuit N. ex ſuis bonis, infra nominandis, velle donare, videlicet &c. ponantur hic bona donanda.

Sponte &c. omnibus &c. bona, vt ſupra, poſita, & conſi-

confinata donauit, & titulo donationis irreuocabilis inter viuos dedit, ceſſit, conceſſit, tranſtulit, & mandauit dicto N. præſenti, & acceptanti, ac gratias referenti, & etiam huiuſmodi donationis ceſſit &c. omnia Iura &c. nullo iure &c. ad habendum &c. ponens &c conſtituens &c dans &c. & donec &c. conſtituit &c. Hanc autem donationem &c. fecit &c. vt dictus N. eius Nepos facillimè ad ſacros Ordines aſcendere poſſit & ex fructibus illorum, quos medio iuramento, tactis &c. affirmauit aſcēdere ad ſcuta quadraginta monetæ, poſsit decēter, & honorificè vitā ſacerdotalem ducere, & quia ſic ſibi donare placuit, & placet ob amorem, & dilectionem, qua dictum N. proſequitur. & promiſit, bona vt ſupra donata, eſſe ſua, & ad ipſum ſpectare, & pertinere pleno Iure vtilis, & directi dominij, vel quaſi, & eſſe libera ab omni cenſu, nullique fideicommiſſo fuiſſe ſubiecta, ac nemini alij &c. eſſe vendita, alienationis vocabulo latiſsimè ſumpto. Eique donare licuiſſe, & licere, prout donauit. Haneque donationem fore bonam, & benè factam, & in eam tanquam talem facere conſentire omnes perſonas &c. ad omnem ſolam, & ſimplicem requiſitionem, vel interpellationem dicti N. & ſuorum &c. eumque, & ſuos &c. in pacifica, & quieta poſſeſsione dictorum bonorum manutenere &c. ab omni lite &c. & in euentum alicuius litis &c. imò litem &c. in ſe ſuſcipere, & ſuſceptam proſequi &c. in omni Iudicio &c. omnibus ſuis ſumptibus &c. abſque aliqua impenſa &c. dicti Donatarij. aliàs, in euentum contrarij, & contrauentionis præmiſſorum teneri voluit de euictione &c. ac ad omnia damna &c. & promiſit huiuſmodi donationem non reuocare, nec reuocari facere ex cauſa ingratitudinis, paupertatis, vel ſuperuenientiæ filiorum, de quibus benè cogitauit, quia
aſſeruit

aſſeruit alia bona ſibi remanere, tam pro ſua, quam filiorum ſuſtentatione, & ad cautelam renunciauit medio iuramento, tactis &c. beneficio l. 2. C. de reuoc. donat. ac alijs legibus, ad fauorem Donatorum diſponentibus, & his ſaluis, dictus Donator, qui aſſeruit, bona vt ſupra donata, non aſcendere illorum pretium vltra ſummam ſcutorum quingentorum, qua de cauſa indigeat aliqua inſinuatione; tamen ad cautelam, & quatenus opus ſit, ad illam inſinuan. notificat, & in actis publici Notarij deſcribeñ, ſeù inſinuari, notificari, & deſcribi facieñ, & peteñ conſtituit &c. eius Procuratorē &c. Magnificū D. N. abſentem &c. & generaliter &c. promittens &c. releuans &c. pro quibus &c. obſeruandis, dictus N. Donator ſe ipſum &c. bona &c. Iura &c. in forma Cameræ Apoſtolicæ cum clauſulis &c. citra &c. obligauit &c. renuncians &c. conſenſit &c. & ſic tactis &c. Iurauit &c. ſuper quibus &c. Actum &c. in Terra N. in Parochia S. N. Domi dicti Donatoris, præſentibus &c. N. N. teſtibus ad prædicta omnia, & ſingula vocatis, habitis, ſpecialiterque rogatis, cum ſubſcriptione Notarij publici.

## Æſtimatio.

IN Nomine Domini &c. Die ........ N. de N. & N. de N. omnes de Terra N. Æſtimatores Communitatis dictæ Terræ de mandato, & commiſſione Clerici N. de N. de eodem loco acceſſerunt ad æſtimandum bona, videlicet ....... inſcribantur bona. & medio iuramento tactis &c. retulerunt vnanimes, bona prædicta ſe diligenter conſideraſſe, & illorum valorem, & pretium æſtimarunt, & æſtimant eſſe ſcutorum quadringentorum, & ex ipſis annuatim

percipi

percipi annua ſcuta triginta monetæ, deductis omnibus expenſis, & ſic eodem Iuramento, tactis &c. ſecundum ſuam conſcientiam æſtimarunt: ſuper quibus &c. Actum &c. præſentibus &c.

## Poſſeſsio.

IN Nomine Domini Amen. Clericus N. filius q. N. de N. vigore clauſulæ conſtituti, appoſitæ in Inſtrumento donationis bonorum, ſibi per N. eius Patruum donatorum, prout in Inſtrumento donationis per me Not. Die . . . . . . . rogat. adeptus fuit realem, actualem, & corporalem poſſeſſionem bonorum prædictorum, & in ſignum veræ poſſeſſionis, per bona prædicta ambulauit, frondes arborum euulſit, & glebas terræ accepit, & alios actus poſſeſſorios, veram poſſeſſionem denotantes, fecit; proteſtans per ſuum ex inde receſſum non intendere poſſeſsionem huiuſmodi dimittere, nec relaxare; ſed illam animo, & corpore continuare, non ſolum &c. ſed omni &c. ſuper quibus &c. Actum &c. præſentibus &c.

Inſtrumentum locationis, & affictus, ad docendum de exactione fructuum dictorum bonorum, erit neceſſario exhibendum; quod fiat in forma, aut doceat de cultura, & perceptione fructuum illorum per ipſummet Clericum.

D E

## Inſtrumentum fundationis Cappellæ, & Dotationis illius.

In Nomine Domini, Amen. Anno &c.

DOminus Laurentius N. de Terra N. Diœceſis D. C. Caſtellanæ, qui deuotionis zelo accenſus erga Prothomartyrem Stephanum, ſuum Aduocatum, optauit á teneris annis ſacellum vnum in Eccleſia Collegiata D. N. eiuſdem Terræ á fundamentis erigere, & fundare, & in ea Imagines D. N. Ieſu Chriſti, eiuſque Genitricis Virginis Mariæ, ac eiuſdem Sancti Stephani depingi facere; & ad hunc effectum aſſeruit emiſſe à fabrica dictæ Eccleſiæ locum, pro conſtruendo dicto ſacello, & in eo depingi feciſſe. & cum ei parum videatur ſacellum conſtruxiſſe, abſque illius dote, nunc deliberauit dotare id annuis ſcutis quinquaginta, ex fructibus annui cenſus ſcutorum mille ſortis principalis, ac ad Capellam prædictam inſtituere perpetuum Iuſpatronatus de Domo, & familia ipſius, & ſuorum hæredum, cum facultate nominandi, & præſentandi Capellanum pro tempore, in ordine Sacerdotali, cum onere infra dicendo. Ideò D. N. ſponte &c. omni meliori modo &c. Capellam vt ſupra per ipſum fundatam, & conſtructam dotauit annuis ſcutis quinquaginta monetæ, ex cenſu ſortis principalis ſcutorum mille ad eius fauorem impoſito, & vendito per D. N. de eodem loco ſub fideiuſſione, & obligatione in ſolidū N. prout conſtare dixit ex Inſtrumento, rogato per D. N. Notarium publicum N. ſub die ........ ad quos fructus exigen-

exigendos ab N., & alijs quibuſcunq; conſtituit ſuos Procuratores irreuocabiles, vt in rem propriam, Capellanos pro tempore dictæ Capellæ, cum facultate quietandi in forma, & clauſula ampliſſima ad lites, & generaliter &c. & promiſit, cenſum vt ſupra donatum, eſſe ſuum &c. non retrouenditum, nec alteri ceſſum &c. alienationis vocabulo latiſsimè ſumpto. aliás, in euentum contrarij, teneri voluit ad reſtitutionem, & reinueſtitionem pecuniarum præfatarum, & ad omnia damna &c. de quibus &c. & expreſsè conuenit, quòd in euentum reſtitutionis huiuſmodi cenſus, toties reinueſtiatur, quoties euenerit caſus retrouentionis, in alio, ſeù alijs Cenſibus bonis, & benè fundatis, & cum Idoneis fideiuſſoribus, cum expreſſa mentione facienda in omni inueſtitura, quòd pecuniæ prædictæ ſunt eædem, peruentæ à ſupradicto cenſu per eum donato dictæ Capellæ: & ex fructibus illius voluit, quòd Capellanus pro tempore teneatur ad Capellam prædictam celebrare in perpetuum qualibet hebdomada Miſſas tres pro ſalute animæ ipſius, ac quotannis, poſt Commemorationem Defunctorũ, teneatur celebrari facere tria Anniuerſaria, & in Die feſtiuitatis S. N. ſolemniter, cum primis, & ſecundis Veſperis, ac Miſsis octo in feſtiuitate offitiari facere, & ex nunc in Capellanum nominauit, & præſentauit R.^mo D. Epiſcopo Diœceſano R.D. N. de N. Presbyterum de eodem loco; & in euentum mortis reſeruauit ſibi, donec vixerit, facultatem præſentandi, & nominandi alios Capellanos, Sacerdotes. & poſt mortem ſuam voluit, & expreſsè mandauit, quòd eius hæredes alios Capellanos, qui ſint Sacerdotes, vel qui infra annum poſsint ad Sacerdotium promoueri, in perpetuum nominent, & præſentent dicto Reuerendiſs. D. Epiſcopo Diœceſano, cum onere ſupradicto,

& Ca-

Digitized by Google

& Capella præfata ſit de Iure patronatus in perpetuum Domus, & familiæ ipſius N., quia ſic &c. quæ omnia &c. pro quibus &c. obſeruan. &c. cum obligatione Camerali in forma &c. Actum &c. præſentibus &c.

## Inſtantia pro erectione dicti Iuriſpatronatus.

PRO D.N. de Terra N. Ciuitatis Caſtellanæ Diœceſis, Qui Cōparuit. coram &c. & expoſuit, qualiter ipſe deuotionis zelo accenſus conſtruxit, & fundauit Sacellum in Eccleſia Collegiata N. de eodem loco ſub Inuocatione Sancti N. & id dotauit ſcutis quinquaginta ex fructibus ſcutorū Mille ſortis principalis cenſus per D. N. impoſiti, ſub fideiuſſione, & obligatione D. N. & ipſi venditi ex Inſtrumento rogat. per D. N. de N. Notarium publicum N. ſub die &c. & voluit eſſe in perpetuum de Iurepatronatus Domus, & familiæ ſuæ, & Capellanos pro tempore, qui ſint Sacerdotes, vel qui infra annum Sacerdotium ſuſcipere poſſint, ipſe dum vixerit, ac poſt eius mortem ſui hæredes nominare valeant, & præſentare Reuerendiſſimo D.Epiſcopo Diœceſano, cum onere &c. prout ex Inſtrumento rogat. &c. petit propterea dictam Capellam, tanquam ab ipſo fundatam, & dotatam in ſimplex Beneficium Eccleſiaſticum erigi, & declarari eſſe de Iurepatronatus in perpetuū Domus, & familiæ ipſius Comparentis, & litteras in forma expediri mandari.

Qui Reuerendiſsimus D. Epiſcopus, ſedens &c. & viſo Inſtrumento dictæ fundationis, & donationis, ac erectionis Iuriſpatronatus, ac alijs viſis videndis, dictam Capellam, tanquam fundatam, & dotatam à dicto N primò in perpetuum ſimplex Beneficium Ec-

E clesia-

cleſiaſticum erexit, et inſtituit, et declarauit eſſe in perpetuum de Iure Patronatus Domus, et familiæ ipſius; ipſique, et ſuis &c. eſſe reſeruatã facultatem in perpetuum præſentandi, et nominandi Capellanos pro tempore, qui ſint Sacerdotes, aut qui infra annum ad Sacerdotium promoueri poſſint, cum onere præfato, et litteras in forma expediri mandauit, non ſolum &c. ſed omni &c.

## Forma litterarum prædictarum.

### Angelus &c. Epiſcopus &c.

Dilecto Nobis in Chriſto N. de N. de Terra N. Diœceſis noſtræ Ciuitatis Caſtellanæ ſalutem in Domino ſempiternam. Nuper Nobis exponi feciſti, quòd tu deuotionis zelo accenſus erga Sanctũ N. tuum Patronum, Sacellum in Eccleſia N. eiuſdem Terræ ſub Inuocatione eiuſdem N. fundaſti, ac reſpectiuè donaſti annuis ſcutis quinquaginta ex fructibus ſcutorum mille ſortis principalis Cenſus, per D. N. impoſiti, ſub fideiuſſione, et obligatione D. N. et Tibi venditi ex Inſtrumento, rogat. per D. N. quod ſit, et eſſe debeat in perpetuum de Iure Patronatus Domus, et familiæ tuæ, cum facultate nominandi, et præſentandi Nobis, et ſucceſſoribus noſtris in perpetuum, Capellanos, qui ſint Sacerdotes, vel qui infra annum ad Sacerdotium promoueantur, cum onere &c. prout in Inſtrumento publico, rogato &c. et in actis noſtræ Cancellariæ exhibito, latius continetur. Propterea petijſti illud, tanquam à te fundatum, et dotatum, in ſimplex perpetuum Beneficium Eccleſiaſticum per Nos, auctoritate noſtra Ordinaria, erigi, et inſtitui, ac declarari eſſe in perpetuum de Iure Patrona-

tronatus Domus, et familiæ tuæ, ac ad te,et tuos hæredes ſpectare, et pertinere Ius nominandi, et præſentandi Capellanos præfatos. Nos igitur, qui piorum hominum votis diligenter intendimus, attendentes requiſitionem huiuſmodi fore iuſtam, et rationi conſonam, Capellaniam præfatam, tanquam à te fundatam, et dotatam in perpetuum ſimplex Beneficiũ Eccleſiaſticum erigimus, et inſtituimus, ac declaramus eſſe in perpetuum de Iure Patronatus Domus, et familiæ tuæ: Capellanoſq; prædictos, qui ſint Sacerdotes, vel qui infra annum Sacerdotium ſuſcipere poſſint, ad te, et alios prædictos in perpetuum ſpectare,et pertinere Ius nominandi, et præſentandi Nobis, vel ſucceſſoribus noſtris, iuxta formam ſacroſancti Concil. Tridentini, auctoritate noſtra Ordinaria decernimus, et mandamus &c. In quorum &c.

## Inſtantia pro Inſtitutione Cappellani.

PRO R. D. N. de N. Comparuit Idem &c., et expoſuit, qualiter D. N. de N. de eodem in Inſtrumento fundationis, et dotationis Capellæ ſub Inuocatione Sancti N. in Eccleſia Collegiata N. eiuſdem Terræ, de Iure Patronatus Domus, et familiæ ſuæ reſeruauit ſibi facultatem, et auctoritatẽ nominandi, et præſentandi D. V. Reuerendiſsimæ Capellanos pro tempore, et vigore facultatis nominauit, et præſentauit ipſum Comparentem, in Sacerdotali Ordine conſtitutum, cum onere &c. prout latius continetur in Inſtrumento dictæ fundationis, ac litteris de ſuper expeditis, de quibus in actis huius Cancellariæ: quæ omnia hic repetijt, & reproduxit, in quantum &c. prout propterea ipſi comparenti, vt ſupra, nominato, et præſentato Capellaniam præfatam conferri, et

aſſignari, ac de ea prouideri, & litteras in forma expediri, mandari, omni &c.

Tunc Reuerendiſſimus D. Epiſcopus &c. ſedens &c. viſis litteris fundationis, & dotationis Capellæ, & erectionis Iuris Patronatus, viſaque nominatione, et præſentatione prædicta, dictam Capellaniam ipſi R. D. N. contulit, et aſsignauit, ac de ea prouidit, recepto ab eo Iuramento de ſeruando ſtatuta, et conſuetudines dictæ Capellæ, ac conſeruãdo bona ipſius, fidelitatiſque, et obedientiæ erga ſuum Epiſcopum, et litteras in forma expediri mandauit, omni modo &c.

## Forma litterarum huiuſmodi.

### Angelus. &c. Epiſcopus. &c.

DIlecto Nobis in Chriſto Presbytero N. de Terra N. ſalutem in Domino ſempiternam. Vita, & morum honeſtas, aliaque probitatis, & virtutum merita, quibus apud Nos fide digno commendaris teſtimonio, Nos inducunt, vt Tibi reddamur ad gratias liberales. Cum itaque perpetua Capellania ſub Inuocatione Sancti N. in Eccleſia Collegiata N. eiuſdem Terræ de Iure Patronatus Domus, & familiæ Laicorum N. de N. nuper á Nobis auctoritate ordinaria in ſimplex perpetuum Beneficium Eccleſiaſticum, erecta, à primaeua ſua erectione vacauerit, & vacet ad præſens; Nos volentes Tibi, præmiſſorum meritorum tuorum intuitu, ac quia à D. N. nobis nominatus, & præſentatus fuiſti, gratiam facere, Capellaniam, vt ſupra vacantem, cum omnibus, & ſingulis ſuis iuribus, membris, & pertinentijs, Tibi conferimus, et aſsignamus, ac de ea te prouidemus per capiti

piti tuo Bireti immiſsionem, receptoque à te iuramento de ſeruando ſtatuta, et conſuetudines dictæ Capellæ, ac de conſeruando bona illius, ac fidelitatis, & obedientiæ erga Nos, & ſucceſſores noſtros. Quocirca Vobis RR. DD. Archipresbytero, & Canonicis dictæ Eccleſiæ mandamus, quatenus duo, vel vnus veſtrum fuerit requiſitus, pro parte dicti Capellani, illiuſq; iurium, membrorum, & pertinentiarum quarumcunque auctoritate noſtra imponant, & immittant, ſeù imponat, et immittat, et ſic immiſſum manuteneat, et conſeruet, amoto inde quolibet illicito detentore, Ipſi faciendo de vniuerſis, et ſingulis fructibus illius integrè reſponderi: Contradictores, et Rebelles per Cenſuras Eccleſiaſticas, et pœnas pecuniarias, appellatione poſtpoſita, auctoritate noſtra compeſcendo. In quorum &c.

## Acta pro Concurſu.

NOS Angelus &c. Epiſcopus &c. Habita notitia de vacatione Parochialis Sancti N. de Terra N. Diœceſis Ciuitatis Caſtellanæ, vacatæ per mortem R. D. N. de N. illius vltimi Rectoris, ſub die ...... defuncti, ad effectum prouidendi de aliquo alio idoneo Rectore, iuxta formam ſacroſancti Concil. Tridentini, madauimus fieri Concurſum Coram Nobis, et RR. DD. Examinatoribus Synodalibus, & interim publicari Edicta ad fores huius Cathedralis Eccleſiæ, & Parochialis Terræ N. omni &c.

Angelus Archiepiſcopus Gozadinus.

*N. de N. Canc. de mandato &c.*

Edi-

## Edictum pro Concurſu.

Coram &c. Intimetur omnibus, & ſingulis, concurrere volentibus ad Parochialem Eccleſiam N. de Terra N. Diœceſis Ciuitatis Caſtellanæ, quatenus infra decem dies compareant in Cancellaria Epiſcopali dictæ Ciuitatis, ſuaque nomina, & cognomina ſcribi faciant, quo termino elapſo examinabuntur. In quorum &c. ſubſcriptio, vt ſupra.

## Deputatio Vicarij, & Oeconomi.

Die &c.

Comparuit Magnificus Dominus N. de N. Procurator Fiſcalis huius Curiæ Epiſcopalis, & petijt, ſtante vacatione ſupradictæ Eccleſiæ, conſtitui aliquem idoneum Vicarium, & œconomum dictæ Eccleſiæ, qui onera ipſius ſuſtineat, donec ei de Rectore prouideatur, cum congrua arbitrio D. S. Reuerendiſſimæ aſſignatione portionis fructuum, iuxta formam Decreti Conc. Trid. omni &c.

Qui Reuerendiſſimus &c., ſtante vacatione prædicta dictæ Eccleſiæ, in Vicarium, & œconomum conſtituit, & deputauit R. D. N. de N. de eodem, cum aſſignatione ſcutorum trium pro quolibet Menſe de fructibus illius, donec de alio Rectore prouideatur. omni &c. Subſcribatur.

## Litteræ Patentales.

Angelus. &c. Epiſcopus. &c.

Dilecto Nobis in Chriſto R. D. N. de N. de Terra N. ſalutem &c. Stante vacatione Parochialis Eccleſiæ N. prædictæ Terræ per mortem R. D. N. vltimi illius Rectoris, Te in Vicarium, & œconomum dictæ Eccleſiæ conſtituimus, & deputamus, cum aſſignatione ſcutorum trium monetæ de fructibus illius

quolibet Menſe: qui Eccleſiæ prædictæ onera ſuſtineas, donec de alio Rectore prouideatur, iuxta formam ſacroſancti Concil. Tridentini. In quorum &c. Datum &c.

Nomina Concurrentium. Die &c.

R. D. N. Comparuit in Cancellaria Epiſcopali, & ſe deſcribi fecit ad Concurſum prædictum de Terra N. R. D. N. de Terra N.

Examen Concurrentium.

TRanſacto conſtituto tempore pro Concurſu faciendo ad Eccleſiam ſupradictam, intimato pro vt in fide executionum Edictorum affixorum ad fores Eccleſiarum, Cathedralis huius Ciuitatis, & Parochialis N. in actis reproducta, & adueniente die ſequenti poſt dictum tempus,

Reuerendiſſimus D. N. &c. Epiſcopus &c. mandauit vocari omnes Concurrentes, deſcriptos in Concurſu, coram D. S. Reuer. & RR. DD. N. N. N. Examinatoribus Synodalibus, quos pro perficiendo hoc examine elegit: quibus comparētibus, dicti RR.DD. Examinatores corā D. Sua Reueren. rigoroſum examen habuerunt, & diligentem inquiſitionē fecerunt cum dictis deſcriptis, vnum poſt alium ſeparatim de ipſorum, & cuiuslibet eorum ætate, moribus, prudentia, & ſufficientia, ac alijs ad huiuſmodi Eccleſiam regendam opportunis.

Quo examine vniuſcuiuſq; completo, dicti D D. Examinatores inter ſe palàm Scrutinium fecerunt, & deindè Schedulam approbationis, vel reprobationis mihi Cācellario &c. in cucullo, nomine examinati ſignato, ſeparatī tradiderunt, & in fine totius Scrutinij, publi-

publicatis votis N. examinati et D., fuerunt inuēta vota affirmatiua pro N. duo, & negatiuum, vnum: pro D. verò omnia affirmatiua. rogantes me &c.

## Fides Approbationis in Concurſu, quando à Papa confertur Parochia.

ANgelus. &c. Epiſcopus. &c. Vniuerſis &c. Fidem facimus, & atteſtamur, qualiter vacante Parochiali Eccleſia N. Terræ N. per mortem R. D. N. qui &c. extra Romanā Curiam diem ſuum clauſit extremum de menſe N. proximè præteriti, poſitis publicis Edictis, cum termino á iure præfixo ad concurrendum, iuxta formam ſacroſancti Conc. Tridentini, & tranſacto tempore prædicto, præuioque examine habito, coram Nobis á RR. DD. Examinatoribus Synodalibus, & ab ijſdem R. D. N. ad præfatam Eccleſiam regendam, & gubernandam, moribus, ætate, doctrina, prudentia, & alijs rebus ad id opportunis, idoneo iudicato, prædictum N. tanquam magis idoneum eligimus, & iudicamus. quòd ſi plures fuerint admiſſi, addatur, inter cæteros tanque magis idoneū eligimus, & iudicamus. Datum &c.

Si verò vota ſint paria, vel ſingularia, Epiſcopus interponit ſuum decretum, videlicet.

## Formula Collationis dictæ Eccleſiæ.

Angelus Gozadinus, &c. Epiſcopus. &c.

DIlecto Nobis in Chriſto N. de N. Presbytero Terræ N. Diœceſis Ciuitatis Caſtellanæ ſalutem in Domino ſempiternam. Vita, & morum honeſtas, aliaque probitatis, & virtutum merita, quibus apud Nos

Nos fide digno commendaris teſtimonio, Nos inducunt, vt Tibi reddamur ad gratiam liberales. Cum ſiquidem Parochialis Eccleſia N. Terræ N. per mortem R. D. N. de N. illius vltimi poſſeſſoris, de Menſe Martij extra Romanam Curiam defuncti, cuius collatio, & prouiſio ad nos ſpectare dignoſcitur, vacauerit, & vacet ad præſens; Nos tibi, qui publicato Edicto pro faciendo Concurſu dictæ Parochialis Eccleſiæ, & ſtatuto tempore examine facto, per D D. Examinatores Synodales, coram Nobis, ab eis magis idoneus inter cæteros, vita moribus, & doctrina, prudentia, alijſque rebus ad gubernandam Eccleſiam opportunis iudicatus, & à Nobis approbatus fuiſti, iuxta formam ſacroſancti Conc. Tridentini, Eccleſiam prædictam Parochialem, cum omnibus ſuis iuribus, & pertinentijs, auctoritate noſtra ordinaria, conferimus, & aſſignamus, ac de ea etiam prouidemus, ac inducimus per Bireti capiti tuo impoſitionem. & ſi præſens fuerit, addatur, recepto prius à te in manibus noſtris corporali ad Sancta Dei euangelia iuramento, prout recepimus profeſſione orthodoxæ fidei, iuxta formam, traditam in Bulla fel. recordationis Pij Papæ Quarti: nec non fidelitatis, & obedientiæ Sanctiſſimo Romano Pontifici, ac Nobis, & Succeſſoribus noſtris, ac de non alienando bona præfati Beneficij, ſed alienata pro viribus recuperandi. Quocirca Vobis &c. committimus, quatenus pro parte R.D. N. de N. fueritis requiſiti, ſeù alter veſtrum fuerit requiſitus, eundem N., ſeù eius legitimum Procuratorem, in realem, actualem, & corporalem poſſeſsionem dictæ Parochialis Eccleſiæ, iuriumque, & pertinentiarum quarumcunque inducatis, & imponatis, inductumq; & impoſitũ manuteneatis, & defendatis, amoto inde quolibet illicito detentore, faciendo ipſum ad Paro-



Digitized by Google

chialem huiuſmodi recipi, & admitti ( Quòd ſi fuerit Canonicatus, dicatur, recipiant, & recipi faciant in Canonicum, & fratrem, ſtallum in Choro, & vocem in Capitulo aſsignando ) de fructibuſq; illius integrè reſponderi: Contradictores, & Rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas, & pecuniarias pœnas, appellatione poſtpoſita, auctoritate noſtra ordinaria compeſcendo. Volumus autem, quòd infra duos Menſes, poſt adeptam poſſeſsionem dictæ Parochialis Eccleſiæ, tenearis in manibus noſtris, vel Nobis impeditis, coram Vicario noſtro generali, profeſsionem fidei emittere, vt fructus facias tuos, & poſſeſsio ſuffragetur. In quorum &c. Datum &c.

## Forma inſtantiæ, factæ per Prouiſum Apoſtolicum in forma dignum.

**Coram Admodum R. D. N. de N. I. V. D. Reuerendiſſimi D. N. Epiſcopi &c. Vicario Generali &c.**

**Comparuit R. D. N. de Terra N. Diœceſis Ciuitatis Caſtellanæ, & facto præſentauit litteras Apoſtolicas Sanctiſſimi D. N. D. Vrbani, Diuina Prouidentia Papæ Octaui, in forma dignum expeditas prouiſionis portionis Rectoriæ Parochialis Eccleſiæ, per duos Rectores portionarios nuncupatos regi ſolitæ, Sancti N. eiuſdem Terræ, ex quo Dilectus filius N. de N. Canonicus Eccleſiæ N. Terræ N. Diœceſis N. nuper Rector portionarius nuncupatus dictæ portionis, quam obtinebat, per prouiſionem dicti Canonicatus, illam liberè in manibus Sanctiſſimi dimiſit ſub plumbo, & Datum Romæ &c. tenoris &c. regiſtrentur litteræ. petens recipi, & admitti, offerens iuxta illarum formam, ſe ſubmittere diligenti, & rigoroſo examini, facien-**

faciendo per D. V. adhibitis D. D. Examinatoribus Synodalibus, & alia facere, prout ex illarum forma tenetur, omni &c.

Tunc Admodum R. D. Vicarius Generalis, ſedens &c. viſis &c. prædicta &c. & dictas litteras Apoſtolicas, ea qua decuit reuerentia recepit, & admiſit, & iuxta illarum formam, mandauit examinari.

Idem R. D. N. Coram D. S. Admodum R. &. RR. D. D. N. N. Examinatoribus Synodalibus exiſtens, fuit ab eis diligenter examinatus ſuper rebus ſpectantibus ad curam Animarum, quo completo, & ipſo á loco examinis licentiato, dicti D D. Examinatores vnanimes, & concordes dictum D. N. idoneum iudicarunt ad huiuſmodi Curam Animarum regendam, & gubernandam, ad præſcriptum Sacroſancti Conc. Tridentini, omni modo &c.

Quibus omnibus geſtis, Idem D. Vicarius, & Iudex Commiſſarius Apoſtolicus, dictam idoneitatem admiſit ſi, & in quantum &c. omni &c.

Succeſſiuè idem R. D. N., ſtante ſua idoneitate, præuio dicto examine, petijt dictam portionem, cum omnibus ſuis iuribus, & pertinentijs ſuis vniuerſis ſibi auctoritate Apoſtolica D. V. conceſſa conferri, & aſſignari, & in poſſeſſionem immitti, & imponi, & litteras in forma expediri, ac inſuper diſpenſari, vt ipſe cum dicta portione poſſit retinere in dicta Eccleſia N. Beneficium ſimplex ad Altare N., iuxta formam dictarum litterarum Apoſtolicarum, omni &c.

Qui &c. Viſis prædictis litteris, & diligenter conſideratis, viſo examine, vt ſupra, facto, approbatione, atque idoneitate deindè ſecuta, & admiſsione illius, ac alijs viſis videndis, portionem huiuſmodi ex duabus portionibus Parochialis Eccleſiæ Sancti N., per duos Rectores portionarios nuncupatos regi ſolitæ,

 vacan-

vacantem per dimiſsionem in manibus Sanctiſsimi liberè factam à R. D.N. de N. Canonico Eccleſiæ N. de Terra N. Diœceſis N. nuper Rectore portionario portionis huiuſmodi, cum omnibus ſuis iuribus, & pertinentijs ſuis vniuerſis eidem D. N. auctoritate Apoſtolica ſibi conceſſa contulit, & aſsignauit, ac de ea prouidit: eumdemque, vel eius legitimum Procuratorem in realem, actualem, & corporalem poſſeſsionem portionis huiuſmodi, illiuſque iurium, & pertinentiarum quarumcunque immitti, & imponi, & ſic immiſſum, & impoſitũ manuteneri, & defendi mandauit, amoto exindè quolibet illicito detentore; de fructibuſque illius integrè reſponderi, Contradictoreſque vniuerſos per Cenſuras Eccleſiaſticas, & pœnas pecuniarias, auctoritate Apoſtolica Nobis conceſſa, compeſcen. Diſpenſauitq; ſecum, vt cum dicta Portione retinere poſsit, & valeat ſimplex Beneficiũ ad Altare N. in dicta Eccleſia N. ſub eodem tecto, attenta tenuitate fructuum, iuxta formam dictarum litterarum, ſuper quibus &c. præſentibus &c.

## Forma Collationis, & mandati de Immittendo.

**NOS N. de N. I. V. D. Reuerendiſsimi D. Epiſcopi N. Vicarius Generalis, & Iudex Commiſſarius Apoſtolicus.**

**Tibi R. D. N. de N. de Terra N. Rectori portionario Eccleſiæ Parochialis N., omnibuſque alijs Presbyteris, & Clericis per Ciuitatem Caſtellanam, & eius Diœceſim conſtitutis, ſalutem in Domino ſempiternam, & noſtris huiuſmodi, immò verius Apoſtolicis, firmiter obedire mandatis. Noueritis, quòd nuper comparuit coram Nobis R. D. N. de N. Terræ N. Diœceſis Ciuitatis Caſtellanæ, & facto exhibuit, &**

**præſen-**

præſentauit litteras Apoſtolicas Sanctiſſimi D. N. Vrbani, Diuina Prouidentia Papæ Octaui, in forma dignum expeditas, continentes in ſe prouiſionem collationis, per nos faciendæ, portionis Rectoriæ Parochialis Eccleſiæ, per duos Rectores portionarios nuncupatos regi ſolitæ Sancti N. eiuſdem Terræ, vacatæ, ex quo R. D. N. de N. Canonicus Eccleſiæ N. Terræ N. Diœceſis N., nuper Rector portionarius dictæ portionis, illum in manibus Sanctitatis ſuæ liberè dimiſit, ſub plumbo, & Datum Romæ &c. non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua ipſarum parte ſuſpectas, & per nos ea, qua decuit, reuerentia receptas, & admiſſas. & in executionem illarum, facto cum dicto R. D. N. diligenti, & rigoroſo examine, etiam adhibitis Examinatoribus Synodalibus, & idoneo iudicato, portionem huiuſmodi, auctoritate Apoſtolica Nobis conceſſa, eidẽ N. contulimus, & aſſignauimus, ac de ea prouidimus, & decreuimus, vt vnà cum dicta portione retinere poſſit, & valeat Simplex perpetuum Beneficium in eadem Eccleſia ad Altare N. ſub eodem tecto, quæ omnia, & ſingula Vobis omnibus, & ſingulis intimamus, inſinuamus, & notificamus, ac ad veſtrum notitiam deducimus, & deduci volumus. Quocirca Vobis omnibus, & ſingulis prædictis, & veſtrum cuilibet in ſolidum mandamus, quatenus duo, vel vnus veſtrum, fueritis requiſiti, ſeù fuerit requiſitus, pro parte dicti R. D. N. Rectoris debeatis, & quilibet veſtrum debeat, eundem R. D. N., ſiuè eius legitimum Procuratorem, in realem, actualem, & corporalem poſſeſsionem portionis huiuſmodi, illiq; annexorum iurium, & pertinentiarum quarumcunq; immiſiſſe, & impoſuiſſe, & ſic immiſſum manutenuiſſe, & conſeruaſſe, ac manuteneri, & conſeruari feciſſe, faciendo eidem de vniuerſis fructibus illius integrè

Digitized by Google

tegrè reſponderi: Contradictores, & rebelles per Cenſuras Eccleſiaſticas, & pecuniarias pœnas, appellatione poſtpoſita, Apoſtolica auctoritate nobis conceſſa, compeſcendo &c. non obſtantibus quibuſcunq; in contrarium facientibus. Volumus autem, quòd dictus R. D. N. teneatur intra duos Menſes, à die poſſeſſionis, coram nobis profeſsionem fidei emittere, vt fructus faciat ſuos, & poſſeſsio ſuffragetur. In quorum &c. Datum &c.

## Alia Inſtantia de immittendo in Poſſeſsionem, vigore litterarum Apoſtolicarum in forma Gratioſa.

Coram &c. Comparuit R. D. N. de N. de Terra N. Ciuitatis Caſtellanæ Diœceſis, Rector Parochialis Eccleſiæ N., & ad docendum ipſum fuiſſe auctoritate Apoſtolica prouiſum de Parochiali prædicta facto exhibuit, & produxit litteras Apoſtolicas Sanctiſsimi D.N.D. Vrbani, diuina prouidentia Papæ Octaui, ſub plumbo, & Datum Romæ &c. in forma Gratioſa expeditas, collationis dictæ Parochialis Eccleſiæ vacantis per mortem R. D. N. de N. illius vltimi poſſeſſoris de Menſe Maij, extra Romanam Curiã defuncti, nõ vitiatas, aut cancellatas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas, ac alias litteras executoriales eiuſdẽ Sanctitatis Suæ D. S. Admodũ Reuerendæ directas, petens recipi, & admitti, & iuxta formam illarum, ipſum D.N. in realem, actualem, & corporalem poſſeſsionem illius, ac illi annexorum, iuriumq; & pertinentiarum quarumcunque immitti, & imponi, & ſic immiſſum, & impoſitum manuteneri mandari, & alia fieri, iuxta illarum formam.

Qui Admodum R. D. Vicarius Generalis, & Iudex Execu-

Executorialis, ſedens &c. viſis &c. prædicta &c. litteras præfatas, ea qua decuit, reuerentia recepit, & admiſit, & in illarum executionem, dictum R. D. N. immiſit, & impoſuit in realem, actualem, & corporalem poſſeſsionem dictæ Rectoriæ, & illi annexorũ iurium, & pertinentiarum quarumcunq;, quem ſic immiſſum mandauit manuteneri, & conſeruari, amoto exinde quolibet illicito detentore, de fructibuſque illius integrè reſponderi: Contradictoreſque, ac Rebelles per Cenſuras Eccleſiaſticas, ac pœnas pecuniarias, appellatione poſtpoſita, auctoritate Apoſtolica compeſceñ. omni &c.

## Mandatum de Immittendo.

Nos N. &c. Vicarius Generalis, & Executor &c.

Tibi R. D. N. Presbytero Ciuitatis Caſtellanæ ſalutem in Domino, & noſtris huiuſmodi firmiter obedire mandatis. Noueritis nuper fuiſſe coram Nobis comparitum pro parte, & ad inſtantiam R. D. N. de N. de Terra N. C. Caſtellanæ Diœceſis Rectoris Eccleſiæ N., & exhibitas fuiſſe litteras Apoſtolicas Collationis Rectoriæ prædictæ, ac executoriales reſpectiuè nobis directas, & petitum, ipſum in realem, actualem, & corporalem poſſeſsionem illius, iuriumque, & membrorum quorumcunque immitti, & imponi, & alia fieri, iuxta formam dictarum litterarum, prout nos, ea qua decuit reuerentia, recepimus, & admiſimus, ipſumque R. D. N. in poſſeſsionem huiuſmodi impoſuimus, & immiſimus. Quocirca Tibi R. D. N. de N. tenore præſentium committimus, & mandamus, quatenus pro parte ſupradicti D. N. fueris requiſitus, eundem D. N. in realem, actualem,

& cor-

& corporalem poſſeſsionē dictæ Rectoriæ, iuriumq;, & pertinentiarum vniuerſarum immittas, & imponas, & immiſſum manuteneas, & conſerues, amoto exinde quolibet illicito detentore, faciendo eidem de vniuerſis fructibus illius integre reſponderi: Contradictores, & rebelles per Cenſuras Eccleſiaſticas, & pœnas pecuniarias, appellatione poſtpoſita, auctoritate prædicta compeſcas. In quorum &c. Datū &c.

## Forma Inſtitutionis, quæ fit ab inferiori in Iure Patronatus.

PRO Clerico N. de N. de Terra N. Diœceſis Ciuitatis Caſtellanæ. Comparuit idem &c. et expoſuit, qualiter R. D. N. de N. de eodem Canonicus Collegiatæ Eccleſiæ N. eiuſdem Terræ ex hac ad meliorē vitam migrauit de Menſe &c. et per eius obitum vacauerit, et vacet ad præſens Canonicatus prædictus, et vigore Iuris Patronatus, quod habet Illuſtriſſimus, et Excellentiſsimus D. N. de N., ipſe fuit R.D. N. de N. Archipresbytero dictæ Eccleſiæ ab eo nominatus, et præſentatus, vigore litterarum Apoſtolicarum fel. rec. N. Papæ N., aliàs in actis exhibitarum, quas hic in quantum, repetijt, et reproduxit: prout ad docendum de morte dicti q. N., ac de præſentatione, et nominatione huiuſmodi, facto produxit litteras R. D. Archipresbyteri D. S. Reuerendiſsimæ directas, petens recipi, et admitti, et ipſum, ad præſcriptum ſacroſancti Concilij Tridentini, examinari, et quatenus idoneus reperiatur, ad obtinendum Canonicatum huiuſmodi, approbari, omni &c.

Reuerendiſsimus &c. prædicta admiſit ſi, et in quantum, et examinari mandauit Prout ſtatim idem Clericus N. conſtitutus coram D. S. Reuerendiſsima

á RR.

à RR. DD. Examinatoribus Synodalibus examinatus ſuper rebus, ſpectantibus ad obtinendum Canonicatum huiuſmodi, et idoneus repertus fuit.

## Fides Approbationis huiuſmodi.

### Angelus. &c. Epiſcopus. &c.

VNiuerſis &c. fidem facimus, et atteſtamur qualiter Nos, præuio examine habito cum Clerico N. de N. de Terra N., adhibitis etiam DD. Examinatoribus Synodalibus, eundem Clericum N. ad obtinendum Canonicatum, vel Præbendam in Eccleſia Collegiata N. Terræ N. Diœceſis noſtræ Ciuitatis Caſtellanæ, idoneum, quoad litteraturam, et vitam, et mores, iudicauimus, et approbauimus. In quorum &c. Datum &c.

## Inſtantia pro Mandato de Immittendo.

PRO R. D. N. de N. Canonico &c. Comparuit idem citra &c. et expoſuit, qualiter R. D. N. de N. Archipresbyter Eccleſiæ Collegiatæ præfatæ, vigore litterarum Apoſtolicarum fel. rec. N. Papæ N. expeditarum ſub Datum Romæ &c. de quibus in actis, inſtituit ipſum Comparentem ad Canonicatum, et præbendam, vacatam per mortem R. D. N. de N. illius vltimi poſſeſſoris, vigore nominationis, et præſentationis perſonæ ſuæ eidem factæ à ſupradicto Excell.[mo] D. N. de N., vigore Iuris Patronatus, quod habet ad Canonicatum, et Præbendam, prout ad docendum de litteris huiuſmodi Inſtitutionis, facto exhibuit, et produxit litteras patentales, expeditas ab ipſo D. Archipresbytero in perſonam ipſius Comparentis, in

pergameno latinè ſcriptas, et ſubſcriptas ab ipſo D. Archipresbytero, ac eius ſigilli impreſſione munitas, ſub Datum N. &c. tenoris &c. petens recipi, et admitti, et illarum vigore mandari ipſum Canonicum immitti, & imponi in realem, actualem, & corporalem poſſeſſionem Canonicatus, et Præbendæ, illiuſq; iurium, membrorum, et pertinentiarum vniuerſarũ, et ſic immiſſum manuteneri, et decretum in forma expediri, omni &c.

## Tenor dictæ Inſtitutionis.

N. de N. de Terra N. Diœceſis N. Archipresbyter Collegiatæ Eccleſiæ N. Terræ N. Diœceſis Ciuitatis Caſtellanæ.

Dilecto Nobis in Chriſto N. de N. de eadem Terra ſalutem &c. Vitæ, & morum honeſtas &c. Nos inducunt, vt te ſpecialis gratiæ fauore libenter proſequamur. Cum itaque Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus D. N. de N., qui Archipresbyteratus, Canonicatuum, Capellaniæ, et Præbendarum dictæ Eccleſiæ Collegiatæ N. Patronus exiſtit, & ad quem Ius præſentandi ad prædicta Beneficia, & Præbendas in erectione ipſius Collegiatæ reſeruatum ſpectat, Te ad vnum ex dictis Canonicatibus, & Præbendis vacatis per obitum quondam N. de N. dictæ Collegiatæ, dum vixit, Canonici, Nobis, ad quos illarum Inſtitutio ex indulto Apoſtolico ſpectat, præſentauerit; Nos te ad præſentationem huiuſmodi in eiſdem Canonicatu, et Præbenda, auctoritate præſentium inſtituimus, ac de illis etiam prouidemus: ſtallumq. Tibi in Choro, & locum in Capitulo cum Canonicis, iuris plenitudine, aſſignamus, rogantes omnes, et ſingulos, ad quos ſpectat, vt te in eorumdem Canonicatus, & Præ-

& Præbendæ, illiſq; annexorum, iuriumq;, & pertinentiarum quarumcunque, realem poſſeſſionem inducant, & defendant inductum, tibique de illorum fructibus faciant integrè reſponderi. Datum &c. Tunc &c. viſis litteris prædictis, dictum Clericum N. de N., Canonicum vt ſupra inſtitutum, mandauit imponi, & immitti in realem, actualem, & corporalem poſſeſsionem Canonicatus, & Præbendarum huiuſmodi, & mandatum de immittendo &c. in forma decreuit, & relaxauit, omni &c.

## Forma Mandati prædicti.

### Angelus Gozadinus, &c. Epiſcopus. &c.

Vobis RR. DD. Archipresbytero, & Canonicis Collegiatæ Eccleſiæ N. Terræ N. Diœceſis Ciuitatis Caſtellanæ Tenore præſentium præcipimus, & mandamus, quatenus ſtatim, viſis, & receptis præſentibus, ſub pœna ſcutorum centum auri, locis pijs applicandorum, & pro illis mandati exequutiui, & in iuris ſubſidium, excommunicationis, alijſq; pœnis &c. debeatis, et quilibet veſtrum debeat, retroſcriptũ N. de N., Canonicum dictæ Eccleſiæ Terræ N., ſeù eius legitimum Procuratorem, in realem, actualem, & corporalem poſſeſsionem Canonicatus, & Præbendæ immittere, & imponere, & ſic immiſſum, & impoſitum manutenere, & conſeruare, amoto exinde quolibet illicito detentore, eiq; ſtallum in Choro, & locũ in Capitulo aſſignetis, cum plenitudine iuris Canonici, de vniuerſiſq; fructibus, redditibus, & prouentibus integrè reſponderi faciatis: Contradictores, & Rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas, & pœnas pecuniarias compeſcatis. In quorum &c. Datum &c.



Digitized by Google

## Forma fidei publicationis reſignationis Beneficij, quæ debet fieri à tergo Bullarum.

FIdem facio, & atteſtor ego Notarius publicus infraſcriptus, et Curiæ cauſarum Epiſcopalis Ciuitatis Caſtellanæ Cancellarius, retroſcriptas litteras Apoſtolicas, expeditas ad fauorem R. D. N., iuxta illarum formam, cum nominibus, & cognominibus reſignantis, et reſignatarij, ac denominationum, & qualitatum Beneficij clara, & intelligibili voce ſub die Dominico, quæ fuit trigeſima Auguſti, *in* Eccleſia Cathedrali N. & in Eccleſia ipſa N., Populo aſſiſtente, inter Miſſarum ſolemnia publicaſſe, eaſq; præ manibus habuiſſe, oſtendiſſe, et legiſſe, earumque exemplum collationis, et affixum in valuis dictarum Eccleſiarum relictũ fuiſſe, et per totum diem ſtetiſſe, et alia feciſſe, iuxta formam litterarum Apoſtolicarũ fel. recor. Gregorij XIII. de publicandis reſignationibus Nonis Ianuarij 1583. In quorum &c. has ſcripſi, et ſubſcripſi. Hac die &c. præſentibus ad præmiſſa omnia teſtibus &c.

## Forma Edicti ſuper Iure Patronatus.

Angelus &c. Epiſcopus &c.

VNiuerſis &c. vacante nuper Capellania ſub Inuocatione N. in Eccleſia N. de Terra N. per mortem R.D.N. de N., nuper illius vltimi Capellani, de Iure Patronatus laicorum Domus, & familiæ q. N. de N. Vnde fuit coram Nobis comparitum pro parte D. N. de N. & allegatum per mortem dicti Capellani eſſe factum locum diſpoſitioni teſtamenti dicti q. N., de quo

de quo in actis, in quo mandauit, et diſpoſuit, quòd per mortē vltimi Capellani ſit præferendus omnibus proximior de ſtirpe N. maior natu, ac in ſacris ordinibus conſtitutus, & prætendens ſe eſſe de dicta ſtirpe proximiorem, maiorem natu, & in ſacris ordinibus conſtitutum, et ob id præferendum; examinari fecit nonnullos teſtes, prout in actis, & propterea petit præferri, & ſibi, vti tali, iuxta diſpoſitionem fundatoris, Capellaniam præfatam conferri. Quare tenore præſentium requirimus, & monemus omnes, & ſingulos, aliquod Ius prætendentes,& ſua quomodolibet intereſſe putantes, quatenus infra nouem dies, quorum tres pro primo, alios tres pro ſecundo, & reliquos tres dies pro tertio, & peremptorio termino, canonica monitione aſſignamus, comparere debeant coram Nobis hic in Ciuitate Caſtellana, ad dicendū, opponendum, & allegandum quicquid volunt, & poſſunt, quare dictus D.N. præferendus non ſit in dicta Capellania. Alioquin dicto termino elapſo, & nemine comparente, nec quidquam allegante,ipſum D.N. inſtantem, iure medio, præferri declarabimus. In quorum &c. Datum &c.

## Sententia ſuper Approbatione Iuris Patronatus.

CHriſti Nomine inuocato, pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram definitiuam ſententiam, quam de Iuriſperitorum conſilio pariter, & aſſenſu ferimus in his ſcriptis, in cauſa, & cauſis, quæ primò, & in prima inſtantia coram Nobis vertuntur, indeciſa inter D. N. ex vna, & Procuratorem Fiſcalem Curiæ Epiſcopalis Ciuitatis Caſtellanæ partibus ex altera, de, & ſuper Iure patronatus ipſius D. N., eiuſq; familiæ, & iure præſen-

præſentandi Capellanos pro tempore ad Capellam N. in Eccleſia Cathedrali huius Ciuitatis, rebuſq; alijs, dicimus, pronunciamus, decernimus, & declaramus, ac definitiuè ſententiamus D. N. & ſuis, &c. competijſſe, et competere Iuſpatronatus, et ius præſentandi Capellanos ad Capellaniam præfatam, dum pro tempore vacat, & de dicto Iure patronatus canonicè, et legitimè conſtare: dictamq; Capellaniam fuiſſe, & eſſe de Iure patronatus laicorum D. N., & ſuorum &c. moleſtationes, vexationes, perturbationes, & impedimenta quæcunque per dictum D. N. Procuratorem fiſcalem de, & ſuper præmiſſis illatas, præſtitas, & factas fuiſſe, et eſſe illicitas, indebitas, & iniuſtas, eaſq; facere dicto Procuratori fiſcali minimè licuiſſe, & licere. Propterea dicto Procuratori fiſcali perpetuum ſilentium imponendum fore, et eſſe, prout imponimus, et itá dicimus &c. omni &c. Datum &c.

Angelus Archiepiſcopus Gozadinus.

Lecta, et publicata fuit ſupradicta ſententia in Palatio &c. legente, & proferente me.

*N. Cancell. Epiſcopali, præſentibus ibidem* R R. D D. *N N. teſtibus.*

## Deputatio Eremitæ pro cura alicuius Eccleſiæ.

ANgelus &c. Tibi Eremitæ N. Gallo, qui vita, et morib' per authentica documēta Nobis approbatus appares, vt Eccleſiæ N. C. Caſtellanæ curam habeas, ad beneplacitum noſtrum Eccleſiam prædictam in gubernium concedimus; dummodò tamen

pro

pro approbatione vitæ tuæ ſæpius Eccleſiam noſtram Cathedralem viſites, et in proceſſionibus, et alijs Eccleſiaſticis functionibus ibi te exerceas, confeſſuſque, et contritus ſacra communione reficiaris. In quorum &c. Datum &c.

## Fides familiaritatum pro familia Epiſcopi.

Angelus &c. Epiſcopus &c.

DIlecto Nobis in Chriſto N. Salutem &c. vt tu, qui diuerſis temporibus nobis fideliter inſeruiſti, et adhuc inhærens in ſeruitute penes nos permanes, aliquo familiaritatis, et ſeruitij præſtiti fauore ſis inſignitus, ac priuilegijs, quibus familiares Epiſcoporum potiuntur, gaudeas; Te, inter familiares noſtros, cum honoribus, et oneribus, priuilegijs, et exemptionibus quibuſcunq; ponimus, et declaramus, mandantes omnibus, ad quos ſpectat, et quibus præſentes noſtræ oſtenſæ, et exhibitæ fuerint, vt te in talem recognoſcant, et priuilegijs, ac exemptionibus prædictis potiri permittant, ſub pœnis arbitrio noſtro infligendis. In quorum &c. Datum &c.

## DE VARIIS LICENTIIS.

### Licentia concionandi pro Regularibus in Eccleſijs, quæ ſuorum ordinum non ſunt.

ANgelus &c. Epiſcopus &c. Tibi magiſtro N. de N. ord. min. Conuent. Sancti Franciſci, vt in proxima Quadrageſima in Eccleſia noſtra Cathedrali N. C. Caſtellanæ prædicare poſſis, ad præſcriptum ſacroſancti Conc. Tridentini,

dentini, ſtante approbatione tui Superioris, ac teſtimonio de vita, & moribus, licentiam damus, & impertimur; Monentes tamen, vt quæ pro recta concionandi ratione ſtatuta, & ſancita ſunt per ſacros canones, & noſtras Conſtitutiones Synodales, attentè ſerues. In quorum &c. Datum &c.

## Alia in Eccleſia propria.

ANgelus &c. R. P. M. N. de N. Ord. Carmelitarum, qui coram Nobis perſonaliter comparuiſti, & licentiam concionandi in Eccleſia N. Terræ N. Diœceſis C. Caſtellanæ tui proprij Ordinarij, obtentam à tuo Prouinciali exhibuiſti, ad præſcriptum ſacroſancti Conc. Tridentini in Domino benedicimus; Admonentes tamen &c. In quorum &c. Datum &c.

## Licentia Quæſtuandi pro locis Pijs.

ANgelus &c. Epiſcopus &c. Tibi N. de N. Terræ N. Diœceſis noſtræ C.Caſtellanæ, vt per totam Diœceſim noſtram præfatam pro ſeruitio fabricæ venerabilis Eccleſiæ N.eiuſdem Terræ quæſtuare poſſis, licentiam ad duos Menſes duraturam concedimus, & impertimur; Rogantes omnes, & ſingulos, vt te pro huiuſmodi pio opere commendatum habere velint. Volumus autem, quòd in dicta quæſtuatione caueas à publicatione Indulgentiarum, & diſtributione coronarum, Medaliarum, & aliarum Imaginum, iuxta formam ſacroſancti Conc. Tridentini. In quorum &c. Datum &c.

Alia

## Alia ſimilis pro Pauperibus.

ANgelus &c. Epiſcopus &c. Tibi N. de N. de Terra N., vt te cum tua familia pauperrima ex pijs hominum eleemoſynis ſuſtentare valeas, licentiam quæſtuandi per totam noſtram Diœceſim C. Caſtellanæ per decem dies duraturam concedimus, & impertimur; rogantes &c. volumus &c. In quorum &c. Datum &c.

## Licentia alloquēdi Moniales pro Conſanguineis.

SI concede licenza à N. che vna volta la ſettimana nel giorno di Giouedì poſſa egli ſolo andare al Monaſterio di ſanta N. per viſitare Suora N., & nel parlatorio publico ragionar ſolo con lei di coſe non contrarie allo ſtato regolare, per ſpatio di meza hora al più, con le grate ſerrate, & con l'aſſiſtenza dell'aſcoltatrice, e non altrimente, eccettuando l'hora delle Meſſe, e Diuini offitij, il tempo dell'Auuento, e Quareſima, & altri giorni, nelli quali ſi fa la Communione generale, e tutte le feſte, e Domeniche, ſotto le pene contenute nelli Bandi, & altre ad arbitrio noſtro. & la preſente licenza vaglia per tutto il Meſe &c. & reſti in mano della Madre Abbadeſſa. Datum &c.

## Licenza ordinaria per ciaſcheduno.

SI concede licenza ad N. di poter andare per vna volta ſola la ſettimana, in vn giorno di lauoro, che non ſia ne Vigilia commandata, ne in hora di Communione generale, ò d'offitij diuini, al Monaſterio di Santa N. di N. al parlatorio publico, á parlare con

Suora N. con l'aſsiſtenza dell'aſcoltatrice, per ſpatio di meza hora ſolamente, con le grate ſerrate, parlando di coſe non contrarie allo ſtato regolare, & ſeruando in ciò l'ordini altre volte dati da Noi; & la preſente reſti nelle mani dell'Abbadeſſa. Datum &c.

## Licenza per Foraſtieri, Procuratori, Santeſi, & Garzoni.

SI concede licenza alla Madre Abbadeſſa, e madre Vicaria del Monaſterio di Santa N. con la preſenza dell'aſcoltatrici deputate, che alla rota commune poſſino ragionare con li meſſi delli parenti delle Monache, e con altri, per occaſione de negotij neceſſarij, & vtili al Monaſterio, eccetto le feſte; e così anco con li Procuratori, Santeſi, & Garzoni del Monaſterio, oſſeruando l'ordini altre volte dati: & la preſente duri per meſi ſei. Datum &c.

## Licenza d'entrare nella Clauſura per il Garzone, Molinaro, Medico Cirugico, Confeſſore, & altri.

SI concede licenza al Garzone delle Monache del Monaſterio di S. N. di entrare nella Clauſura fino al ſecondo Portone, e ſcaricare ſome di legna, & altro.

Al Molinaro per caricare il grano, e ſcaricare la farina, fino al luogo ordinario.

Al Portatore di Vino, & all'Oglioraro, fino alli luoghi ordinarij.

A Pecorari, fino al ſecondo portone.

Ad Operari, per zappare Horti, & altro, nelli detti Horti.

Al Medico Ordinario della Città, e Cirugico, fino nell'in-

nell'infermaria, auuertendo, che queſti ſiano prima approuati dal P. Confeſſore; & entrando, & ſtando nella Clauſura, ſiano ſempre accompagnati dalle più vecchie Monache deputate, e l'altre ſtiano ritirate.

Che fatti li ſeruitij, per li quali entrano, ſubito eſchino fuori, e non reſtino nella Clauſura, ne à mangiare, ne à bere.

Neſſuno faccia dentro altro eſſercitio, ſe non quello, al quale è ſtato deputato.

Neſſuno vada girando per il Monaſterio, ma ſtia nelli luoghi preſcritti.

Non vi ſi entri auanti l'alba, & ſi eſca prima dell'Aue Maria, dalle quali hore ſi eccettuano i Medici, Cirugici, & Confeſſori, in caſo di neceſſità, ſolamente per ſeruitio d'infermi; & in tal caſo ſiano accompagnati dalle più vecchie con il lume, & ſi oſſeruino l'altri ordini da noi dati. La preſente duri per ſei Meſi, e reſti in mano della Madre Abbadeſſa.

## Licentia pro Confeſſario Ordinario.

Angelus &c. Epiſcopus &c. Dilecto Nobis in Chriſto R. D. N. ſalutem &c. Tibi, cuius vita, & morum probitas Nobis innoteſcunt, vt Monialium Monaſterij Sanctæ N. Confeſſiones audire, eiſq; Eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrare, & in Eccleſia exteriori Miſſæ ſacrum celebrare poſſis, cum facultate caſuum Nobis reſeruatorum, nec non prædicti Monaſterij Clauſuram in caſibus vrgentis neceſſitatis, tàm ex forma ſacroſancti Conc. Tridentini, quam Bullæ fel. rec. Gregorij XIII. ingrediẽ, ſeruatis tamen, quæ ſunt pro recta huius Sacramenti adminiſtratione per ſacros Canones, & noſtras Conſtitutiones Synodales ſancita, & aliàs in noſtris Viſitationibus ordinata, ad

annum, tenore præſentium facultatem damus, & impertimur. In quorum &c· Datum &c.

Alia pro Concionatore.

ANgelus &c. Epiſcopus &c. Dilecto Nobis &c. vt in exteriori collocutionum loco Monialium Sanctæ N. Monialibus ipſis in communi, & intra clauſtra ad crates ferreas congregatis, Verbum Dei, Aduentus ſcilicet bis, Quadrageſimæ verò ſaltem ter ſingulis hebdomadis, reliquo verò anni tempore bis in Menſe prædicare liberè poſſis, Confeſſario præſente, & porta clauſa, dummodò ea, quæ per ſacros Canones, & Sac. Conc. Trid. ſancita ſunt, obſerues, licentiam per annum damus, & impertimur. In quorum &c. Datum &c.

Licentia pro Clerico.

SI concede licenza al Clerico N., che per ſei Meſi poſſa ſeruire nella Chieſa eſteriore delle Monache di Santa N. alle Meſſe, & fare altre funtioni à ciò pertinenti, e poſſa ragionare per queſto effetto con le Sacreſtane, ſeruando però l'ordini preſcritti. In quorum &c. Datum &c.

Licenza per li Confeſſori ſtraordinarij.

SI concede licenza al R. P. N. de N. approuato da noi, d'vdire le Confeſſioni ſacramentali delle RR. Monache del Monaſterio di Santa N. per Confeſſore ſtraordinario, conforme alla diſpoſitione del Sacro Conc. Tridentino, & della Sacra Congregatione de Veſcoui, & regolari, la quale vuole, che due, ò tre

volte

volte l'anno al più, ſi offeriſca, e con effetto ſi dia il detto Confeſſore, e che tutte ad eſſo ſi debbiano confeſſare, ò almeno preſentare auanti, per non diſtinguere quelle che ne hanno biſogno dall'altre, & che in neſſun modo à Monaca particolare ſi dia Confeſſore particolare: e mentre vi ſarà lo ſtraordinario, ceſſi l'ordinario, eccetto per le breui riconciliationi di quelle, che in detto tempo ſi communicaranno. e queſta ſará la prima volta, e durará al più per ſpatio di giorni quindici, da incominciarſi dalla data della preſente: prohibendoli l'intrometterſi nelli negotij del Conuento, ò di Monache particolari, e ſecolari, & il parlare à quelle in altri luoghi, fuori del luogo, doue ſi confeſſa, & attenderà ſolamente al miniſterio, per il quale è ſtato deſtinato. In quorum &c.

## Licentia pro Confeſſarijs Secularibus.

ANgelus &c. Epiſcopus &c. Dilecto Nobis in Chriſto R. D. N. Presbytero Ciuitatis Caſtellanæ. Tenore præſentium, vt Confeſſiones Sacramentales omnium Chriſtifidelium vtriuſq; ſexus in dicta Ciuitate Caſtellana audire, & pœnitentes abſoluere valeas, præterquam tamen à caſibus, & cenſuris reſeruatis, ſtante approbatione idoneitatis tuæ, præuio examine, per Nos, adhibitis RR. DD. Examinatoribus Synodalibus, facta, facultatem, & licentiam, ad ſex menſes duraturam, concedimus, & impertimur: admonentes te in Domino, vt quæ pro recta huius ſacramenti adminiſtratione per ſacros Canones, & noſtras conſtitutiones Synodales, ſancita, vel aliàs ordinata fuerint, attentè perlegas, accurateq; ſerues. In quorum &c. Datum &c.

Alia

## Alia pro Regularibus.

Angelus &c. Epiſcopus &c. Dilecto Nobis in Chriſto R. P.N. ord. min. Conuent. ſancti Franciſci, in Conuentu N. Terræ N. commoranti, vt in Eccleſia dicti Conuentus ſacramentales omnium Chriſti fidelium vtriuſq; ſexus Confeſſiones poſsis audire, & pœnitentes abſoluere (exceptis caſibus, & cenſuris reſeruatis) licentiam, & facultatem concedimus, & impertimur, ad ſex menſes duraturam, ſtante approbatione tuæ idoneitatis, prænio examine per nos facto, ac teſtimonio de vita, & moribus tuorũ Superiorum, vel ad beneplacitum noſtrum; quibus elapſis, tenearis iterum ad examen redire: admonentes &c. In quorum &c. Datum &c.

## Licentia pro exercendo Curam Animarum, tàm pro Secularibus, quam pro Regularibus.

Angelus &c. Epiſcopus &c. Dilecto Nobis in Chriſto R. D. N. de N. Diœceſis C. Caſtellanæ Nobis ad exercendum curam Animarum in Eccleſia N. de Terra N. nominato, vt in dicta Eccleſia N. curam animarum exercere valeas, ſtante approbatione idoneitatis tuæ, per Nos factæ præuio examine, & adhibitis RR. DD. Examinatoribus Synodalibus, facultatem, & licentiam ad beneplacitum noſtrũ damus, & impertimur: Te benignè in Domino monentes, vt quæ pro huius muneris functione per ſacros Canones, & noſtras Synodales conſtitutiones ſancita, vel aliàs ordinata fuerunt, attentè perlegas, & accuratè obſerues. In quorum &c. Datum &c.

Licen-

## Licenza per li Regolari per parlare alle Monache, conforme al decreto di N. S. Papa Vrbano Ottauo.

SI concede licenza al P. N. di potere andare al Monaſterio di Santa N. della Terra N. per parlare alla ruota à Suora N. ſua ſorella Carnale, ò Cugina, & oſſerui, che la preſente reſti in mano del Confeſſore Ordinario, il quale ſia obligato accompagnare detto Regolare à detto Monaſterio, e ſia preſente, quando detto Regolare N. parlerà à detta Monaca, & aſsiſtano le aſcoltatrici deputate, e la preſente ſerua ſolo per il giorno di ..... ad hora ...... & ragioni per meza hora ſolamente di coſe non contrarie allo ſtato regolare; & queſta ſi regiſtri nel libro à ciò fatto nella noſtra Cancellaria, e la licenza ſia per tre volte l'anno al più, conforme al decreto di N. Signore Papa Vrbano Ottauo, ſotto le pene contenute nel decreto della fel. mem. di Siſto V. circa l'acceſſo delli Regolari alli Monaſterij nell'anno 1590. In quorum &c. Datum &c.

## Facultas morandi extra Diœceſim.

ANgelus &c. Epiſcopus &c. Dilecto &c. Salutem &c. qui pro nonnullis ſuis negocijs extra Diœceſim, vel deuotionis cauſa ad lauretanã Domũ proficiſci intendit, licentiam per menſem concedimus, & impertimur: Atteſtantes eum non eſſe excommunicatum, ſuſpenſum, aut interdictum nec aliquo Eccleſiaſticæ cenſuræ vinculo, quod ſciamus, irretitum. In quorum &c. Datum &c.

Licen-

## Licentia abſoluendi à Caſibus reſeruatis.

ANgelus &c. Epiſcopus &c. Concedimus facultatem R. D.N. Confeſſario à Nobis approbato, abſoluendi à tertio, vel à quarto &c. ex caſibus reſeruatis, dummodò non adſit abuſus Sacramentorum, nec conſuetudo: á reliquis abſtineat; & huiuſmodi facultas erit vſque ad Paſcha Reſurrectionis, ſi tanto tempore durabit eius admiſſio ad Confeſſiones audiendas, & quoad loca tantum, in quibus erit admiſſus. In quorum &c. Datum &c.

## Alia licentia audiendi Confeſsiones pro Regularibus magis idoneis.

ANgelus &c. Epiſcopus &c. Tibi &c. tenore præſentium Pœnitentiæ Sacramentum miniſtrandi in C. Caſtellana, & Diœceſi, in Eccleſijs tamen tui Ordinis, ac etiam grauiter ægrotantibus, quorum Cõfeſſiones tu aliás audire cõſueueras, monito tamen prius ipſius ægrotantis Parocho, vbi ægritudo non ſit repentina, nec immineat periculum mortis, quo caſu, etiam ipſo non monito; volumus idem tibi licere; ità tamen, vt quam primum, confeſsione audita, eundem certiorem facias, teſtimonio item huiuſmodi Sacramenti per te miniſtrati manu tua ſubſcripto; ipſi Infirmo, vel eius Conſanguineis relicto, quod Medico exhibeatur, iuxa conſtitutionem Pij Quinti, & noſtra Synodalia decreta, facultatẽ ad ſex Menſes concedimus, & impertimur: Illud te admonentes &c. In quorum &c. Datum &c.

## Forma fidei Confeſſionis ægrotantis auditæ.

N. Confeſſus eſt mihi infraſcripto Confeſſori peccata ſua die....... Menſis ....... 162 .....
Ità teſtor ego N........

## Licentia aggregandi Societates.

ANgelus &c. Epiſcopus &c. Venerabilibus Confratribus Societatis Sanctiſſimi Sacramenti de Terra N. auctoritate noſtra ordinaria canonicè inſtitutæ, & in operibus pijs, præcipuè in aſſociando Santiſſimum Sacramentum ad Infirmos ſe exercentis, vt cui malueritis, Archiconfraternitati in Vrbe poſſitis aggregari, licentiam damus, & impertimur. In quorum &c. Datum &c.

## Fede da farſi dalli Medici per quelli, che non poſſono far Quareſima.

IO infraſcritto Medico nella Città di N. fò fede, che N. ſi troua indiſpoſto di modo, che non può ſenza graue pericolo della ſalute ſua corporale, far la Quareſima, e così con la preſente affermo ſopra la conſcienza mia: ſe gli può dunque dar licenza di mangiare ....... per giorni ..... In fede di che queſta ſarà ſottoſcritta di mia mano. il di ..... del Meſe di .... 1626.

## Fede da farſi dalli Reuerendi Curati per quelli, che non poſſono far Quareſima.

IO infraſcritto Curato della Parochia di Santo N. fò fede, che N. mio Parochiano, al quale hò par-

lato in perſona, mi afferma ſopra la cōſcienza ſua con la fede, & giuditio del Medico, eſſer talmente indiſpoſto, che non può, ſenza graue pericolo della ſalute ſua corporale, far la Quareſima, ne laſciare di mangiare ..... per giorni ..... In fede di che queſta ſarà ſottoſcritta di mia mano il di ..... del Meſe di ..... 162...

## Licenza da darſi dalli Deputati à quelli, che non poſſono oſſeruare la Quareſima.

IO infraſcritto Deputato, hauendo appreſſo me la fede del Medico, e del Curato dell'Indiſpoſitione di N. gli concedo licenza per giorni ..... d'vſare cibi, prohibiti nella Quareſima, cioè ..... con queſte conditioni, che mangi ritirato, potendo ciò commodamente fare, e che non eſſendo aſtretto à ſtare in letto, ò almeno in caſa per infirmità, il Mercordi, e Sabbato ſi aſtenga dà carne, & il Venardi, e le Vigilie commandate da ogni ſorte di cibi vietati: auuertendo, che ſe bene hà licenza d'vſare cibi tali, non viene però habilitato dall'obligo di digiunare, ſe non há cagione legitima, e certa, che lo ſcuſi. In fede di che, queſta ſará ſottoſcritta di mia mano, e ſigillata col ſigillo à ciò ordinato. Il di ..... del Meſe di ..... 162 ....

## Forma Monitorij pro Reuelatione.

ANgelus &c. Epiſcopus &c. Vobis RR. DD. Archipresbyteris, Canonicis, Presbyteris, Clericis, & alijs perſonis in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutis per Ciuitatem Caſtellanam, eiuſq; Diœceſim, vbiq; locorum conſtitutis, & cuilibet veſtrum in ſolidum, Tenore præſentiũ in virtute ſanctæ obedientiæ com-

mitti-

mittimus, & mandamus, quatenus requiſiti pro parte N., ſeù alter veſtrum fuerit requiſitus, publicè, alta, & intelligibili voce in veſtris Eccleſijs, inter Miſſarum ſolemnia, populo præſente, moneatis omnes, & ſingulos Chriſti fideles vtriuſq; ſexus, informatos, ac notitiam habentes de capitulis in calce præſentiũ contentis, quatenus infra quindecim dierum ſpatiũ, ſub pœna Excommunicationis, quorum quinque pro primo, alios quinq; pro ſecundo, & reliquos dies pro tertio, & peremptorio termino, canonicaq; monitione aſſignamus, vt vos aſſignetis eiſdem, ijdem informati reuelaſſe, & detentores reſtituiſſe debeant. In quorum &c. Datum &c. Nihil addatur, nec fulminetur abſq; licentia &c.

Tenor Capitulorum,

Chi ſapeſſe &c.

## Forma per fulminare la Scommunica, da oſſeruarſi dalli Curati.

PEr ordine del Reuerendiſſimo Monſignor Veſcouo N. di N. ſi dichiarano, e publicano per ſcommunicati e maledetti, e dati in poteſtà del Demonio infernale, priuati dell'oratione, e ſuffragij di Santa Chieſa, e de Santiſsimi Sacramenti, tanto attiuè, come paſsiue, e della communione de fedeli, priuati di ſepoltura Eccleſiaſtica, & condannati alla ſepoltura fuori delle mura della Terra, tutti quelli che hanno qualſiuoglia ſorte di beni, ſpettanti à N. conforme alle lettere monitoriali, ſopra di ciò ſpedite, & non l'hanno reſtituiti, e così quelli, che lo ſanno, e non l'hanno riuelato, riſeruando à ſe l'aſſolutione.

Terrà il Curato in mano tre candele, ſecondo il ſolito acceſe, & ſi gettaranno in vn vaſo d'acqua, auanti al Popolo, con far ſonare la campana maggiore della Chieſa à tocchi, e così ſi farà ogni feſta, inter Miſſarum ſolemnia, mentre il Popolo è in Chieſa, ſino à nuouo ordine di Monſignor Reuerendiſsimo. Se ſarà Scommunica Papale, vi ſi aggiungerá, delegato Apoſtolico.

## Formula facultatis pro reſidentibus, vt Miſſæ celebrandæ onus ſuſcipere poſsint.

ANgelus &c. Epiſcopus &c. Dilecto Nobis in Chriſto Presbytero N. Cum expoſueris, te nullius Eccleſiaſtici Beneficij, legatiuè, aut alterius obligationis cauſa, præterquam Canonicatus, quem obtines in Eccleſia Cathedrali Ciuitatis N. (aut Collegiata, vel Parochiali in Terra N.) ad *Miſſæ* ſacrum faciendum obligatum eſſe; Nos tibi, ſicut aſſeris, ab omni alia obligatione libero, his noſtris litteris facultatem damus ſuſcipiendi munus Miſſæ ſacrum faciendi in Eccleſia Sancti N. ad Altare N. hebdomadibus in ſingulos quoſque Menſes ...... tantum, debitum ex tali obligatione. In quorum &c. *Datum &c.*

## Facultas concedendi Clericis, vt domi poſsint tenere Mulierem ſeneſcentem, vitæ ſuſtentandæ cauſa.

ANgelus &c. Epiſcopus &c. Tibi R. N. ob vitæ ſuſtentandæ curam, N. mulierem ætate annorum...... domi habere licere, his litteris concedimus, quas per annum tantum tibi ſuffragari volumus. In quorum &c. Datum &c.

For-

## Formula facultatis celebrandi pro Sacerdotibus alienæ Diœceſis.

ANgelus &c. Epiſcopus &c. Dilecto nobis in Chriſto N. Presbytero N. Diœceſis N. Cognita ſacrarum cæremoniarũ peritia tua, perſpectiſq; Ordinarij tui litteris Dimiſſorijs, facultatem concedimus ad Menſes..... Miſſæ ſacrum faciendi in Eccleſijs huius Ciuitatis, & Diœceſis noſtræ, exceptis Monialibus, conſenſu tamen earumdem Eccleſiarum Rectorum, vel vice Rectorum accedente, & dummodo tu in habitu, & tonſura incedas, & in Altari non petas Eleemoſynam. In quorum &c. Datum &c.

# DE MATRIMONIIS.

## Formula litterarum teſtimonialium de publicatione Matrimoniorum, quando contrahentes ſunt diuerſarum Parochiarum.

EGO N. Rector &c. atteſtor, me inter Miſſarũ ſolemnia, tribus diebus feſtis, vt infra, Populo denunciaſſe Matrimonium contrahendum inter N. meæ Parochiæ, & N. Parochiæ Sancti N. ex præſcripto ſacroſancti Conc. Tridentini, neque vllum eſſe delatum impedimentum, quo ad præfati Matrimonij celebrationem ritè procedere non liceat.

Prima publicatio fuit facta Die Dominico 15. Februarij.

Secunda Die Feſtiuitatis Sancti N.

Tertia Die ..... Dominico Menſis prædicti. In quorum &c.

Licen-

## Licentia contrahendi Matrimoniũ inter forenſes.

ANgelus &c. Epiſcopus &c. Tenore præſentium N. de N. de Terra N. ad præſens incolæ N. noſtræ Diœceſis Ciuitatis Caſtellanæ, licentiam concedimus, vt Matrimonium contrahere poſſit cum d. N. de dicta Terra, ſeruata forma ſacroſancti Conc. Tridentini, ſtante teſtimonio ſui Parochi, & denunciationibus factis, per quæ ſatis conſtat ipſum non habere aliam vxorem. In quorum &c. Datum &c.

## Forma diſpenſationis ob impedimentum alicuius gradus.

ANgelus &c. Epiſcopus &c. Vniuerſis &c. fidem facimus, & atteſtamur, qualiter exhibitis coram Nobis litteris Apoſtolicis diſpenſationis tertij, & quarti gradus conſanguinitatis, quibus ad inuicem ſunt coniuncti N. & B., & examinatis teſtibus, ac contentis in eis probatis, cum d. B. nupta non fuerit, dictis tertio, & quarto conſanguinitatis gradibus, alijſq; conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis nequaquam obſtantibus, vt Matrimonium inter ſeſe, ſeruata forma ſacroſancti Conc. Tridentini, contrahere, & illud in faciem Eccleſiæ ſolemnizare, & in eo poſtmodum remanere liberè, & licitè valeant, auctoritate Apoſtolica nobis conceſſa, diſpenſamus, prolemque ſuſcipiendam exinde legitimam pronunciamus, omni &c. In quorum &c. Datum &c.

## Forma alterius diſpenſationis, quando Matrimonium eſt Conſumatum.

ANgelus &c. Epiſcopus &c. Vniuerſis &c. fidem facimus, & atteſtamur, qualiter viſis litteris huiuſmodi

iuſmodi Apoſtolicis diſpenſationis tertij, & quarti graduum conſanguinitatis, & illarum vigore examinatis teſtibus, & narratis in eis probatis, eoſdem N. & B. de Terra N. Diœceſis noſtræ C. Caſtellanæ ab inuicē ſeparatos in primis, ac humiliter veniā petentes, & peracta per ipſos pœnitentia publica, eis à Nobis iniuncta, ac impoſita, ac perinde pœnitentia ſalutari, receptoque Iuramento in manibus noſtris præſtito, quòd ſub ſpe facilius habendæ diſpenſationis huiuſmodi, inceſtum hunc non commiſerint, ab Inceſtus reatu, & exceſſibus huiuſmodi, ac excommunicationis pœna, auctoritate Apoſtolica nobis commiſſa, in vtroq; foro hac vice dumtaxat, in forma Eccleſiæ conſueta, abſoluimus. Proptereà dicto impedimento tertij, & quarti conſanguinitatis graduum, & conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; contrarijs ſuper Matrimonio huiuſmodi contrahendo inter dictos N. & B. nequaquam obſtantibus, vt Matrimonium inter ſeſe, ſeruata forma ſacroſancti Conc. Tridentini, contrahere, & illud in faciem Eccleſiæ ſolemnizare, & in eo poſtmodum remanere liberè, & licitè valeant, auctoritate Apoſtolica nobis conceſſa diſpenſamus, prolemq; ſuſcipiendam exindè ab eis, legitimam pronunciamus, omni &c. Datū &c. Hac Die &c.

## Forma fidei paupertatis pro obtinenda diſpenſatione in forma pauperum.

ANgelus &c. Epiſcopus &c. Vniuerſis &c. fidem facimus, & atteſtamur N. & N. de Terra N. Diœceſis N. eſſe pauperes, & ex induſtria, & labore ſuo viuere, & nihil, vel parum in bonis poſſidere, prout ex teſtibus in actis Cancellariæ Epiſcopalis noſtræ de mandato noſtro examinatis ad inſtantiā ſupradictorum

rum

rum conſtat; & nè de prædictis vllo vnquam tempore hæſitare contingat, has manu noſtra ſubſcriptas, & ſigilli noſtri, quo in talibus vtimur, impreſſione munitas per infraſcriptum noſtrum Cancellarium fieri mandauimus. Datum &c.

## *De Varijs formis Inſtitutionum Officialium Tribunalis, ac fori Epiſcopalis.*

### Forma Deputationis Vicarij Generalis.

ANgelus &c. Epiſcopus &c. Cum vbiq; locorum Paſtoralis vigilantia adeſſe minimè poſſit, pro adminiſtratione Iuſtitiæ, & ſatisfactione noſtrorum ſubditorum, vt cauſæ celerius terminentur, quantum in Nobis eſt, proborum hominum operam, fidei, diligentiæq; laude, ac vſu rerum præſtantium adhibendam eſſe, & potiſſimum curam huiuſmodi in eligendo Vicario generali obſeruandam fore duximus.

Conſiderantes igitur probitatem, legalitatem, ſcientiam, prudentiam, & rerum gerendarum experientiam diſcreti viri Admodum R.D.N. de N. IV.D. Tenore præſentium, & quo poſſumus, meliori modo, cum emolumentis, ac honoribus, & oneribus ſolitis, & conſuetis ad beneplacitum noſtrum facimus, conſtituimus, deputamus, eligimus, & nominamus te in Vicarium noſtrum Generalem dictæ C. Caſtellanæ, & Diœceſis; Reuocantes ex nunc omnes, & quoſcunque Vicarios Generales, vel ſubſtitutos per eos quomodolibet in Ciuitate prædicta, dantes, & concedentes tibi plenam, & omnimodam poteſtatem, & facultatem regendi, & gubernandi in ſpiritualibus, & tem-

& temporalibus Eccleſiam Cathedralem dictæ C. Caſtellanæ, nec non alias, & ſingulas alias Eccleſias, Cappellas, Hoſpitalia, Confraternitates, & alia loca pia in dicta Ciuitate, & Diœceſi, in illiſque, in diuinis & alijs, prout decet, deſeruiri faciendi, & in eiſdem Eccleſijs, & extra, Confeſſiones vtriuſq; ſexus fideliũ per Confeſſarios idoneos, & approbatos audiri faciendi, confitenteſque ab omnibus, & ſingulis caſibus nobis reſeruatis abſolui faciendi, & abſolutionem Confeſſarijs tibi benè viſis, & approbatis committendi, iniuncta pœnitentibus, arbitrio Confeſſariorum, pœnitentia ſalutari, nec non vota commutari faciendi, diſpenſandi, atq; irrita faciendi, litteraſque commendatitias, & dimiſſorias ad ordinationes etiam ſacrorum ordinum dandi, & concedendi, dum nos non ſumus in Reſidentia, Epiſcopaleſque functiones per alium Reuerendiſſimum Catholicum Antiſtitem, nobis abſentibus, exerceri faciendi, Eccleſiaſque præfatas, & loca pia, ac Monaſteria nobis ſubiecta, ratione regiminis, & adminiſtrationis, aut viſitationis officio de iure, vel de conſuetudine, aut aliàs quomodolibet viſitandi, & reformandi, omniaq; alia ad huiuſmodi munus viſitationis, & reformationis ſpectantia gerendi, & exercendi . . . . . & exactiones indebitas, & quoſcunq; abuſus tollendi, & emendandi, ac in melius reformandi: Contra quoſcunq; ſuſpectos de hæreſi, vſurarios, adulteros, inceſtuoſos, fornicatores, ſacrilegos, homicidas, prædones, incendiarios, & quoſcunque alios delinquentes criminoſos, nobis ſuſpectos, inquirendi, & contra illos procedendi, illoſque, & contumaces ab omnibus officijs, Beneficijs, & dignitatibus Eccleſiaſticis ad tempus, vel in perpetuum priuandi, & ſuſpendendi, incarcerandi, iuxtaq; conſtitutiones Eccleſiaſticas, & Synodales ordinationes

procedendi, & puniendi, corrigendi, & mulctandi, mulctaſq; & pœnas reſtaurationi Palatij Epiſcopalis, vel locis pijs applicandi: Cauſaſq;, lites, controuerſias, quæſtiones, & differentias beneficiales, ciuiles, & criminales, tàm Eccleſiaſticas, quàm prophanas, ac mixtas, ac cuiuſcunq; qualitatis, & generis exiſtant, tàm per viam ſimplicis querelæ, quàm appellationis recurſus, nullitatis, ſeù aliás quomodolibet, quouis modo ſpectantes, & pertinentes, cum omnibus ſuis incidentijs &c. audiendi, cognoſcendi, fineq; debito terminandi, ſententiaſq; quaſcunq; tam interlocutorias, quam definitiuas proferendi, & promulgandi, eaſq; executioni debitæ demandandi, excommunicationiſq; &c. ſententias proferendi, & infligendi, eaſq; aggrauandi, & reaggrauandi, auxiliumq; brachij ſecularis inuocandi, appellationeſq; quaſcunq; admittendi, vel reijciendi &c. Præſentationes quaſcunque perſonarum ad Prioratus, Præpoſituras, dignitates, officia, & Beneficia Eccleſiaſtica, etiam Iuriſpatronatus laicorum cum cura, & ſine cura, examinandi, ad illoſque, ſeù ad illa præſentatos, negocio prius nobiſcum communicato, & non aliàs &c. ſi ſufficientes, & idonei fuerint, approbandi, confirmandi, et inſtituendi, inſufficientes, et minus idoneos, vel incapaces, et indignos, reprobandi. In Beneficijſque per obitum, vel reſignationem vacantibus, etiam in Curia, ſeù aliter quomodolibet reſeruatis, vel affectis, ſi Parochiales erunt, ſtatim habita notitia Eccleſiæ vacantis, idoneum Vicarium, qui onera illius ſuſtineat, conſtituendi, et edicta pro concurſu proponendi, et affigi faciendi. Decreta iudicialia in alienationibus bonorum Eccleſiaſticorum, ac piorum locorum, iuxta præſcriptum Cap. Terrulas 12. quæſt. 2. interponendi. Puellas ad habitum monachalem, ad profeſſionem, et

vela-

velationem admittendi, ſepta, monaſteriorumque clauſuram in caſibus à iure permiſſis ingrediendi, & ingredi faciendi. Denunciationeſque matrimoniales remittendi, & generaliter &c. Quocirca tenore præſentium, præcipimus, & mandamus omnibus, & ſingulis Archipresbyteris, Prioribus, Canonicis, Plebanis, Viceplebanis, Parochis, Rectoribus, Capellanis, & Clericis quibuſcunque, noſtris ſubditis, ac vniuerſis Diœceſanis, in virtute ſanctæ obedientiæ, & in ſubſidium ſub pœna ſuſpenſionis á diuinis, excommunicationiſque, & interdicti, alijſque &c. pœnis, vt prædictum D. Vicarium Generalem noſtrum benignè, & promptè recipiant, atque admittant, eiuſque monitionibus, & præceptis, ac decretis pareant, & obediant in omnibus, & per omnia, quæ ſecundũ Deum, ad ſanctam Sedem Apoſtolicam, ad Nos, & iurisditionem noſtram quomodolibet ſpectant, & pertinent, ac ſpectare, & pertinere poterunt, & poſſunt quomodolibet in futurum, prout Nobiſmet parere, & obedire obligati ſunt. In quorum &c. Datum &c.

Angelus &c. Epiſcopus &c.

*N. Canc. Epiſcop. mo. &c.*

Supradictum Mandatum poteſt ampliari, & limitari ad libitum D. Conſtituentis.

## Forma Deputationis Vicarij Foranei.

ANgelus &c. Epiſcop. &c. Dilecto Nobis in Chriſto N. ſalutem &c. Cupientes, vt in ſingulis locis noſtræ Diœceſis, ea, quæ ad ſacrorum Canonum, & decretorum noſtrorum Synodalium formam præ-

ſcripta, & pro bono regimine ſancita ſunt, diligenter ſeruentur, & executioni demandentur, nonnullos Vicarios, qui Foranei appellantur, conſtituendos, & deputandos eſſe duximus. Experti igitur, quanta probitate, doctrina, & rerum agendarum experientia prӕditus ſis; Te in Vicarium noſtrum Foraneum in Terra N. noſtrӕ C. Caſtellanӕ Diœceſis, ad beneplacitum noſtrum eliginius, & deputamus. Tibi igitur ciuiles cauſas in dicta Terra N. ad ſummam ſcutorum ....... cognoſcendi, vſque ad ſententiam incluſiuè, facultatem concedimus. In Cauſis autem criminalibus, ad forum, & iuriſditionem noſtram quomodolibet ſpectantibus, tàm contra Clericos, quàm contra Laicos, proceſſus informatiuos, adhibito etiam Notario tibi benè viſo, dummodo non adſit Cancellarius noſter Epiſcopalis, conficiendi, quos ad nos, Vicariumuè noſtrum Generalem, pro iuſtitiӕ adimplemento tranſmittes, & contra reos inditiatos, & fugӕ ſuſpectos, prout iuris fuerit, & facti neceſſitas poſtulauerit, vt à ſatellitibus capiantur, ſub cuſtodia teneantur (etiam inuocato auxilio brachij ſecularis) & in carceres noſtros tranſmittantur, mandatum relaxãdi facultatem impertimur, vt etiam ſacroſancti Concilij Tridentini Decreta, conſtitutiones, ordinationes, & Edicta exequendi, & executioni demandandi. Clericos dictӕ Terrӕ, ac Sacerdotes, vt habitum, & tonſuram clericalem deferant, honeſtè viuant, Eccleſijſq; vbi ſunt aſcripti, cum cotta munda, & Birreto inſeruiant, diligenter cures, tranſgreſſoreſque dierum feſtorum, & qui publico aliorum ſcandalo in his peccant, corrigas, & punias. Mandantes ob id, ad quos ſpectat, vt ſub pœnis nobis benè viſis, te in talem recipiant, tibique obediant. In Quorum &c. Datum &c.

Forma

## Forma litterarum Patentalium pro Cancellario.

ANgelus &c. Epiſcopus &c. Dilecto nobis in Chriſto D. N. &c. Cum nos abſque miniſterio alicuius Notarij, ſeù Cancellarij, qui in deſcribendis proceſſibus, et exemplandis actis, et alijs gerendis, nobis in noſtro munere Paſtorali diligenter inſeruiat, difficilè illud exercere valeamus; Confiſi de diligentia, prudentia, et rerum gerendarum experientia, ac vitæ, et morum integritate tua, Te in noſtrum, et Curiæ noſtræ Epiſcopalis C. Caſtellanæ Generalem Cancellarium, ad beneplacitum noſtrum, cum honoribus, oneribus, prærogatiuis, et priuilegijs, quibus Cancellarij prædicti de iure, et conſuetudine potiri, et gaudere conſueuerunt, eligimus, et deputamus: Mandantes omnibus, et ſingulis, ad quos ſpectat, vt te in talem recipiant, admittant, et obediant, ſcripturiſque tuis in dicto officio rogandis fides indubia in Iudicio, et extra adhiberi debeat, et adhibeatur: Monentes te, vt decreta noſtra Synodalia, ad præſcriptũ illorum, taxamq; deſuper reformatam, inuiolabiliter ſerues, et adimpleas. In quorum &c. Datum &c.

## Forma Deputationis Promotoris Fiſcalis.

ANgelus &c. Epiſcopus &c. Dilecto nobis in Chriſto D. N. de N. ſalutem &c. Cum neceſſarium ſit, inter alios officiales noſtri Tribunalis habere etiam Promotorem, ſeù Procuratorem Fiſcalem, qui impiorum hominum exceſſus diligenter perſequatur, et iura fiſci defendat; informati de tua peritia, diligentia, ac ſolertia; Te in Procuratorem, ſeù Promotorem Fiſcalem Generalem Ciuitatis Caſtellanæ, ad bene-

beneplacitum noſtrum, cum ſolitis honoribus, oneribus, prærogatiuis, priuilegijs, & emolumentis, quibus alij Procuratores huiuſmodi gaudere conſueuerunt, eligimus, & deputamus: Mandantes omnibus, ad quos ſpectat, vt te in talem recipiant, & admittant. taxam nuper in Synodo noſtra reformatam, illiuſque decreta, & conſtitutiones inuiolabiliter ſerues, & adimpleas. In quorum &c. Datum &c.

## Forma della Patente del Barigello.

ANgelo &c. Veſcouo &c. Acciò il noſtro Tribunale habbia quel numero d'offitiali, che ſi ricerca, trà quali è neceſſaria anco l'opra di vn Barigello, il quale raffreni l'audacia de delinquenti, & eſſeguiſca gli ordini noſtri, & acciò ſia quello più temuto, hauendo hauuto informatione della ſufficienza, e fedeltá di N. eſſercitato in altri offitij; Perciò lo deputiamo per Barigello Generale della noſtra Corte Epiſcopale di Ciuita Caſtellana, à beneplacito noſtro, con li ſoliti emolumenti, peſi, honori, e taſſe nuouamente reformate, le quali volemo, che inuiolabilmente ſia tenuto oſſeruare, ſotto pena à noi arbitraria. Et perciò commandiamo á chi ſpetta, che per tale lo riceuano, e riconoſcano, ſotto le medeſime pene. In quorum &c. Datum &c.

## Forma inſtrumenti Remiſſoriæ.

ANgelus &c. Epiſcopus &c. R. D. N. de N. ſalutem &c. Vertente lite, & cauſa coram Nobis inter N. actorem ex vna, & N. reum conuentum de, & ſuper ſolutione quarumdam pecuniarum, rebuſq; alijs, partibus ex altera, in qua ad nonnullos actus, citra

tra tamen cauſæ concluſionem proceſſum eſt, pro cuius expeditione examinandi ſunt nonnulli teſtes, iſtic degentes,ſuper articulis pro eius parte adhibitis, quorum copia intus accluſa eſt ad illius inſtantiam, ipſum N. ad dicendum contra articulos, illoſque ad probandum admitti, remiſſoriamque deſuper concedi, nec non Iudicem, coram quo, & locum in quo, & loci locum, ac terminum, infraquem negocium remiſſionis huiuſmodi expediri debeat, ad certum terminum citari mandauimus, quo adueniente, & audito ipſo N., ad vlteriorem ipſius actoris inſtantiam, articulos præfatos ad iſtic probandum admiſimus, teque in Iudicem coram quo, & Terram N. pro loco in quo, & Palatium tuæ reſidentiæ in locum loci, ad præmiſſa expedienda,deputauimus, inſtrumentumq; remiſſionis in forma conceſſimus, prout deputamus, & concedimus. Quocirca Tibi committimus &c. ac in Domino rogamus, quatenus omnes, & ſingulos teſtes, litteras, ſcripturas, inſtrumenta, & alia quæcunque probationum genera, quæ pro parte dicti N. coram te produci contigerit ſuper dictis articulis, quorum copiam tranſmittimus hic incluſam, infra quindecim á die præſentationis huiuſmodi in dicta Terra N., in Palatio prædicto fideliter recipias, teſteſque ipſos, iuxta interrogatoria, pro parte dicti N., ſi qua dari voluerit,ſin ſecus,iuxta diſcretionẽ tuam,diligenter examines, aut per Notarium publicum, arbitrio tuo deputandum, examinari cures. Si verò dictus N. teſtes reprobare voluerit, ipſos quoque ſuper reprobatione huiuſmodi coram te inducendos, infra dictos quindecim dies, poſt elapſum primum terminum, modo ſimili, aut vt ſupra, iuxta interrogatoria (ſi quæ dictus N. exhibuerit) alioquin abſque eis, ſecundum prudentiam tuam examines, aut examinari facias,

cias, teſtiumque huiuſmodi depoſitiones, & dicta, clauſa & ſigillata, ac nemini partium oſtenſa, vnà cũ ſcripturis, & iuribus, ſi quæ producta fuerint, in publicam formam redacta, ad Nos tranſmittas, vt ad cauſæ huiuſmodi expeditionem deuenire valeamus. & ſi quid pro Dominatione ſua hic agere poſſumus, libenter ſimilia, & maiora exequemur. Vale. Datum &c.

## Forma Monitorij de deſiſtendo à moleſtijs.

Angelus &c. Epiſcopus &c. Vniuerſis, & ſingulis RR. DD. Presbyteris, Clericis, & alijs perſonis in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutis, nec non Notarijs, & alijs perſonis publicis, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos præſentes noſtræ litteræ peruenerint, ſalutem &c. Pro parte, & ad inſtantiam R.D.N. fuit coram Nobis comparitum, & expoſitum, ipſum moleſtari, & conueniri coram Domino Prætore Terræ N. ad inſtantiam N. de, et ſuper quadam pecuniarum ſumma, rebuſq; alijs &c. contra formam iuris, & ſac. Can. Propterea de opportuno iuris remedio requiſiti, Vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet in ſolidum committimus, & mandamus, quatenus viſis, et receptis præſentibus, ſub pœnis Nobis benè viſis, moneatis, & requiratis dictum N. ex aduerſo principalem, prout nos tenore præſentium requirimus, & monemus, quatenus infra triduũ, cuius vnum pro primo, alium pro ſecundo, & reliquum diem pro tertio, & peremptorio termino, canonicaque monitione aſſignamus, ſub centum ſcutorum auri, locis pijs applicandorum, arbitrio &c. & pro illis mandati executiui, et in iuris ſubſidium, excommunicationis, alijſque &c. pœnis, debeat à quibuſcunq;

Digitized by Google

buſcunque iactationibus, moleſtationibus, vexationibus, et impedimentis ipſi inſtanti ſuper præmiſſis illatis, & conferri cõminatis, ac abinferendis, et comminandis, realiter, et cum effectu deſtitiſſe, et ceſſaſſe, ac deſiſti, et ceſſari feciſſe, et mandaſſe, præſentibuſq; paruiſſe. Alioquin eundem ſic monitum, ſi in præmiſſis ſe fore grauatum ſenſerit, citetis ad comparendum coram Nobis intra dictum terminum, cauſam ſui grauiminis allegaturum, prout et nos citamus pro prima die, ſi ipſa dies iuridica fuerit, alioquin pro prima die iuridica immediatè ſequenti, poſt elapſum dictum terminum, ad comparendum, & videndum in cauſa huiuſmodi ad omnes, et ſingulos actus deſuper neceſſarios, et opportunos vſque ad ſententiam definitiuam incluſiuè: certificantes eumdem, quòd ſiuè comparuerit, ſiuè non, nihilominus ad totalem Cauſæ huiuſmodi expeditionem, iure medio, procedemus per citationes, et affixiones ad valuas iſtius Eccleſiæ Cathedralis, eius abſentia, ſeù contumacia in aliquo non obſtante. Et inſuper inhibeatis, prout nos inhibemus dicto Domino Prætori, omnibuſq; alijs iudicibus, ac alijs in executione præſentium nominandis, et cognominandis, et præcipuè dicto N. ex aduerſo principali, nè ſub eiſdem pœnis, audeant, ſeù præſumant dictum D. inſtantem de, et ſuper præmiſſis, quomodolibet moleſtare, inquietare, aut in iudicium aliò quam coram Nobis, ſeù noſtro Vicario Generali trahere. quòd ſi ſecus factum fuerit, id totum reuocabimus, et in priſtinum reducemus. In quorum &c. Datum &c.

## Forma Deputationis Commiſſarij.

ANgelus &c. Epiſcopus &c. Dilecto nobis in Chriſto R. D. N. ſalutem &c. Cum non ſine ma-



Digitized by Google

gna animi noſtri moleſtia audiuerimus, quòd N. de Terra N. Ciuitatis Caſtellanæ Diœceſis Clericum N. vulnerauerit, ac alia delicta fecerit, & perpetrauerit, in maximum Chriſti fidelium ſcandalum, malum exemplum, ac Religionis detrimentum; Ideò pro iuſtitiæ complemento, & nè peiora eueniant, cupientes, quantum in Domino poſſumus, obuiare; Tibi, de cuius vitæ integritate, virtutum meritis, & rerum experientia plurimum in Domino confidimus, Tenore præſentium committimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus; quatenus viſis præſentibus, ad loca neceſſaria quamprimum te conferas, omnemq; informationem ſuper delictis, de quibus dictus N. inculpatur, capias, omneſq; teſtes coram te inducendos examines, examinatos reperas: teſtes verò recuſantes, omnibus iuris, & facti remedijs cogas, & compellas, cogique, & compelli facias, dictumque N. ad perſonaliter coram te comparendum, ſub pœnis priuationis Beneficiorum, & officiorum, ſi quæ obtinet, inhabilitatiſq; ad illa & alia in poſterum obtinenda, alijſque tibi benè viſis pœnis, cites, moneas, & requiras, monerique, citari, & requiri facias, & ſi contumax fuerit, ad declarationem incurſus dictarum pœnarũ procedas, illumq; carcerari, & detineri facias, eumq; examines, & ſi opus fuerit, rigoroſo examini ſubijcias, ac alia in præmiſſis neceſſaria, & opportuna, & quæ commiſſionem magis ſpecialem requirerent, exequi procures, & exerceas vſque ad ſententiam definitiuã excluſiuè: dantes tibi in præmiſſis vices, & voces noſtras, cum honoribus, oneribus, & emolumentis &c. In quorum &c. Datum &c.

Supradicta deputatio ſecundum varietatem caſuum poteſt mutari.

Formula

Digitized by Google

## Formula Deputationis Depoſitarij, & Exactoris bonorum Eccleſiaſticorum, vel pœnarum ad Fiſcum Epiſcopalem pertinentium.

ANgelus &c. Epiſcopus &c. Vacante Parochiali Eccleſia ſancti N. de Terra N. Ciuitatis Caſtellanæ Diœceſis, vt fructus prædictæ Eccleſiæ rectè adminiſtrentur, exigantur, & conſeruentur, tua prudentia, & ſingulari pietate plurimum freti, Te in exactorem,& Depoſitarium quorumcunq;fructuum, reddituum, prouentuum, et obuentionum ad dictam Parochialem quomodolibet ſpectantium, tàm hactenus preceptorum, et maturatorum, quàm etiam in futurum ſimiliter maturandorum, ità vt contra quoſcunque pro exigendis, & conſequendis fructibus huiuſmodi, etiam iuris omnibus remedijs, ac alijs modis, & formis, prout tibi melius videbitur, agere poſſis, & valeas, ad beneplacitum noſtrum eligimus, & deputamus; fructuſq; per te ſic exactos in depoſitum habeas, nobis, vel cui à nobis iniunctum fuerit, rationem ſuo tempore redditurus. In quorum &c. Datum &c.

## Forma Deputationis Depoſitarij, & exactoris pœnarũ ad Fiſcũ Epiſcopalẽ pertinentium.

VT fidelius pœnæ fiſco noſtro applicatæ, & in poſterum applicandæ, rectè adminiſtrentur, exigantur,et noſtro,vel Vicarij noſtri Generalis mandato ad pios vſus, vel pro fabrica Palatij noſtri Epiſcopalis applicatæ expendantur;tua prudentia,& ſingulari pietate plurimum freti, Te in Exactorem, & Depoſitarium quarumcunq;pœnarum prædictarum,



Digitized by Google

ità vt pro conſequendis ipſis, etiam iuris omnibus remedijs, & alijs modis, & formis, prout tibi melius videbitur, agere poſſis, & valeas, ad beneplacitum noſtrum eligimus, & deputamus; pœnaſque per te ſic exactas in depoſitum habeas, Nobis, vel cui à nobis iniunctum fuerit, rationem ſuo tempore redditurus.

## *De formulis expeditionum in Criminalibus.*

### Monitorium ad perſonaliter comparendum contra Clericum contumacem.

NOS Angelus &c. Epiſcopus &c. Tibi Presbytero N. de Terra N. noſtræ Diœceſis Ciuitatis Caſtellanæ reo querelato, inquiſito, & proceſſato ex aduerſo principali, Tenore præſentium præcipimus, & mandamus, teque citamus, requirimus, et monemus, quatenus infra trium dierum ſpatium, quorum vnum pro primo, alium pro ſecundo, reliquum pro tertio, et peremptorio termino, canonicaq; monitione aſſignamus, ſub pœna triremium per decennium, ac perpetui exilij à C. Caſtellana, & Diœceſi noſtra, priuationis Beneficiorum, & officiorum quorumcunque, ac inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, ſcutorumque quinquaginta auri, locis pijs arbitrio noſtro applicandorum, & pro illis mandati executiui, alijſque &c. pœnis, debeas perſonaliter, & non per interpoſitam perſonam, neq; excuſatorem, Procuratoremuè aliquem coram Nobis comparere in Ciuitate Caſtellana, in Palatio Epiſcopali, vbi &c. quem locum &c. ad te excuſandum, exculpandum, et defendendum à nonnullis per te patratis, et commiſſis delictis. & ſignanter ponatur ſeries facti delicti ..... alioquin dicto termino elapſo,

teque

teq; non comparente, nec excuſante, ſeruatis quatuor terminis de ſtylo, et conſuetudine Curiæ noſtræ ſeruari in præmiſſis ſolitis, non ſolum ad condemnationem præfatarum pœnarum, verumetiam ad omnimodam Cauſæ huiuſmodi expeditionem, iure medio, deueniemus, abſentia, vel contumacia tua in aliquo non obſtante: Certificantes te, quòd ſiuè in dicto citationis termino comparueris, ſiuè non, ad præmiſſa omnia deueniemus. Volumus autem præſens Monitorium tibi perſonaliter præſentari, ſi perſona tua cōmodè haberi poſſit; ſin minus factis diligentijs de te perſonaliter reperiendo, & non reperto, Domi tuæ ſolitæ habitationis in dicta Terra N., ac Eccleſiæ Parochialis eiuſdē Terræ valuis affigatur. quod ſic executum, itá te arctet, & afficiat, ac ſi perſonaliter, vel magis legitimè præſentatum foret: Notificantes, quòd in poſterum citaberis hic in Ciuitate Caſtellana ad fores Eccleſiæ Cathedralis more forentium, vſque ad Cauſæ expeditionem. In quorum &c. Datum &c.

## Prima Citatio.

CItetur Presbyter N. de Terra N. querelatus, proceſſatus, inquiſitus, & monitus, ad dicendum contra iura producta, et repetita, ſeù producenda, & repetenda, & ad docendum ſe paruiſſe Monitorio contra ipſum emanato, executo, & in actis iudicialiter reproducto ad primam diem. Inſtante fiſco, & adhæren. perſonaliter, ſiuè &c.

*N. Notarius.*

## Fides præſentationis Citationis prædictæ.

EGo N. publicus Baiulus, ſpecialiter deputatus, Curiæ Epiſcopalis Ciuitatis Caſtellanæ, executus

tus ſui ſupradictam citationem contra D. Presbyterum N. per affixionem copiæ ad fores Eccleſiæ Cathedralis huius Ciuitatis Caſtellanæ. Hac die &c.

Itá eſt N. Baiulus &c.

## Forma inſtantiæ Promotoris Fiſcalis.

COmparuit Magnificus D. N. Promotor Fiſcalis Curiæ prædictæ, & ſtante relatione citationis per Baiulum facta, de facto repetijt proceſſum in Curia, fabricatum contra D. Presbyterum N. ac monitorium contra eum executum Tenoris &c. petijt, & obtinuit admitti, & citari ad ſecundam, omni &c.

## Secunda Citatio.

CIitetur Presbyter N. ad docendum ſe paruiſſe monitorio, contra eum emanato, & in actis iudicialiter reproducto ſecundò pro ſecunda dilatione ad primam diem, Inſtante Fiſco, & adhæreñ. perſonaliter, ſiuè &c.

*Notarius &c.*

## Relatio Baiuli, vt ſupra.

COmparuit D. Promotor Fiſcalis, & accuſata contumacia dicti Presbyteri N. non comparentis, prout &c. petijt, & obtinuit citari pro tertia, omni &c.
Tertia, & quarta Citatio fiat vt ſupra.

## Forma inſtantiæ in quarta Citatione.

COmparuit D. Procurator Fiſcalis, & accuſata contumacia dicti citati, non comparentis, prout &c.

&c. petijt, & obtinuit citari ad ſententiam.

## Citatio ad Sententiam.

CItetur Presbyter N. ex aduerſo principalis in terminis ſubſtantialibus; nec non ad videñ. abſolui à iuramento ad effectum &c. concludeñ., & audieñ. ſententiam definitiuam, ad prædicta inſtante Fiſco, & illi adhæreñ. perſonaliter, ſiuè &c.

*N. Notarius &c.*

Comparuit magnificus D. Procurator Fiſcalis, & repetitis proceſſu informatiuo contra dictum Presbyterum N. formato, monitorio contra eum emanato, executo, & in actis iudicialiter reproducto, quatuor citationibus contra eum pariter ad valuas Cathedralis huius Ciuitatis factis, accuſata contumacia aduerſarij non comparentis, repetitaque ſupradicta citatione ad ſententiam, pro hac die & hora facta, petijt aduerſarium condemnari in pœnis per eum incurſis, occaſione delicti, de quo in proceſſu, & de quibus in dicto monitorio, & contra eum fieri ſententiam condemnatoriam in forma, omni &c.

Tunc &c. ſententiauit prout in cædula, eamq; facto mihi dedit, tenoris &c. Quam ego legi ad claram infraſcriptorum teſtium intelligentiam, ſuper quibus &c. actum &c. ad bancum iuris, præſentibus ibidem N. & N. teſtibus &c.

## Sententia definitiua.

CHriſti nomine inuocato, pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram definitiuam ſententiam, quam de Iuriſperitorum conſilio pariter, & aſſenſu ferimus in his ſcri-

ptis

ptis in Cauſa, & Cauſis coram Nobis vertentibus in prima, ſeù alia veriori inſtantia inter D. Procuratorem Fiſcalem Curiæ Epiſcopalis Ciuitatis Caſtellanæ, & illi adhærentem ex vna, & Presbyterum N. de Terra N. Diœceſis dictæ Ciuitatis reum conuentum, querelatum, proceſſatum, & inquiſitum, de, & ſuper &c. prout in proceſſu in actis cauſæ, & cauſarum huiuſmodi, rebuſq; alijs latius deductis, partibus ex altera. Chriſti nomine repetito, dicimus, ſententiamus, condemnamus, & definitiuè pronunciamus, dictum Presbyterum N. tanquam repertum culpabilem, ac de iure punibilem, condemnandum fore, & eſſe in pœnis triremium per decennium, ac perpetui exilij à dicta Ciuitate Caſtellana, & eius Diœceſi, ac priuationis Beneficiorum, & officiorum, ſi quæ obtinet, inhabilitatiſq; ad illa, & alia in poſterum obtinenda, ac ſcutorum quinquaginta auri, *locis pijs applicandorum*, & pro illis mandati executiui, & in iuris ſubſidium, excommunicationis, alijſq; &c. pœnis, de quibus in dicto monitorio, vt ſupra executo, & in actis iudicialiter reproducto. & pro illis mandatum de capiendo, & executiuum reſpectiuè decernimus, & relaxamus, & exequi mandamus, & ità dicimus, pronunciamus, condemnamus, ſententiamus, decernimus, *& relaxamus*, ac exequi mandamus non ſolum &c. ſed omni &c.

## Mandatum Executiuum pro pœnis.

DE mandato &c. Vobis executoribus Curiæ Epiſcopalis Ciuitatis Caſtellanæ. Tenore præſentium auferantur de bonis Presbyteri N. de Terra N. bona valoris ſcutorum quinquaginta, de quibus in ſententia definitiua, in actis lata, ex domo, vel aliundè, & abla-

& ablata deponantur, ad effectum ſubhaſtandi, vt moris eſt. Nec non capiatur idem, & captus ad carceres ducatur, nec relaxetur, donec &c. Quoniam, ſtante dicta ſententia, D. ità mandauit. Hac die &c.

## Relatio Birruarij Curiæ Epiſcopalis.

N. Baroncellus Curiæ Epiſcopalis retulit ſe vigore dicti mandati acceſſiſſe ad domum ſupradicti Presbyteri N. & non potuiſſe exequi, neq; realiter, neque perſonaliter ſupradictum mandatum &c. & ità pro debito iuris officio retulit, omni &c. præſentibus in officio N. N. teſtibus &c.

Comparuit Magnificus D. Promotor Fiſcalis, & repetita ſupradicta relatione Baroncelli, petijt, & obtinuit citari dictum Presbyterum N. ad videndum ſe, in iuris ſubſidium, excommunicari omni &c.

Citetur Presbyter N. de Terra N. ex aduerſo principalis ad dicendum contra iura producta, & repetita admitti, & videndum ſe, in iuris ſubſidium, excommunicari, & cædulones publicè affigi, ad prædicta. Inſtante Fiſco, & illi adhærente perſonaliter, ſiuè &c.

## Relatio Baiuli, vt ſupra.

COmparuit idem D. Procurator Fiſcalis, & repetito ſupradicto mãdato contra dictũ Presbyterum N. relaxato, & relatione Baroncelli in actis facta, nõ potuiſſe exequi, prout retulit, et inſtetit vt ſupra excommunicari, & cædulones publicè affigi, omni &c.

Tunc &c. viſo mandato, vt ſupra expedito contra dictum Presbyterum N. et relatione executoris, non potuiſſe exequi, ac citatione, vt ſupra executa, dictum Presbyterum N. in iuris ſubſidium, excommunicauit,

ob non ſolutionem dictorum ſcutorum quingent orũ auri, ac non paritionem ſententiæ, de qua in actis; et cædulones publicè affigi mandauit, omni &c.

## Forma Cædulonum.

PRo N. de Terra N. Diœceſis Ciuitatis Caſtellanæ. Hic auctoritate ordinaria, in iuris ſubſidium, declaratur excommunicatus ob non ſolutionem ſcutorum quingentorum auri, et non paritionem noſtræ ſententiæ, de qua in proceſſu &c. in cauſa &c. inſtante Fiſco, et illi adhærente perſonaliter, ſiuè &c.

## Forma Aggrauatoriæ, & Reaggrauatoriæ poſt elapſum annum.

ANgelus &c. Epiſcopus &c. Vniuerſis, et ſingulis RR. DD. Archipresbyteris, Clericis, et alijs perſonis, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis per Ciuitatem, et Diœceſim noſtram Caſtellanam ſalutem in Domino, ac noſtris huiuſmodi litteris, et mandatis firmiter obedire. Noueritis, quòd aliàs, vertente coram Nobis lite, et cauſa inter Magnificum D. N. Procuratorem Fiſcalem Curiæ noſtræ Epiſcopalis, et illi adhærentem ex vna, et RR. DD. N. N. Presbyteros, et N. et N. ſeculares ex aduerſo inquiſitos, et proceſſatos, de, et ſuper &c. rebuſq; alijs, partibus ex altera, ad cuius D. Procuratoris Fiſcalis inſtantiam litteras monitionales ſub certis ſententijs, cenſuris, et pœnis contra prædictos, ad perſonaliter coram Nobis cõparendum, et ſe in præmiſſis delictis excuſpandum, infra certum, et competentem terminum, quibus in partibus contra ipſos legitimè executis, et in actis legitimè, iudicialiter reproductis, ac elapſo termino

mino prædicto, proceſſum ob eorum contumaciam, et nõ cõparitionẽ per citationes affixas ad valuas Eccleſiæ Cathedralis Ciuitatis noſtræ more forenſium decreuimus, ipſiſq; inquiſitis, monitis, et non comparentibus, vt ſupra ad valuas citatis, ſeruatiſq; omnibus terminis de ſtylo Curiæ noſtræ ſeruari ſolitis, & conſuetis ſeruandis, ſententiam in ſcriptis tulimus condemnatoriam, ad fauorem fiſci, & contra prædictos inquiſitos, in qua ipſos in confeſſatorum criminum præmiſſorum, priuationis eorum officiorum, & Beneficiorum, inhabilitatiſq; ad illa, & alia in poſterum obtinenda, & ſcutorum quingentorum auri pro quolibet, locis pijs applicandorum, & pro illis mandati executiui, & in iuris ſubſidium, excommunicationis, aliaſq; &c. pœnas temerè, & damnabiliter incidiſſe declarauimus, & expeditis, mandato executiuo, ac de capiendo reſpectiuè, & factis diligentijs de illa exequendo, cum exequi nõ potuerint, prout in fine executionis, in actis productæ, & ob id prædictos ſeruatis ſeruandis in iuris ſubſidium, excommunicationis incurſus, & cædulones publicè affigi mandauimus, & affixi fuerunt. quibus quidem litteris licet ipſi excommunicati parere, & obtemperare debuiſſent, nihilominus, vti inobedientes,& rebelles in prædicta excommunicatione per plures Menſes poſt illarum publicationem, in locis publicis factam, animo ſuſtinuerunt indurato,non curantes ad gremium ſanctæ Matris Eccleſiæ redire, perditè Pharaonis duritiẽ imitando. Ideò Nos volentes ſuper præmiſſis de opportuno remedio prouidere, prædictis excommunicatis, vt ſupra ad fores Eccleſiæ citatis, ad inſtantiam eiuſdem D. Procuratoris Fiſcalis ſententiam huiuſmodi grauauimus, & reaggrauauimus, prædictoſq; presbyteros interdicto, & ingreſſui Eccleſiæ ſuppoſui-

uatus, & interdiximus, prout aggrauamus, & reaggrauamus, ſupponimus, & interdicimus per præſentes. Quocirca vos, & veſtrum quemlibet, auctoritate ordinaria, qua in his fungimur, Tenore præſentium requirimus, & monemus, ac vobis, & veſtrum cuilibet Tenore præſentium committimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, ſub excommunicationis pœna, quatenus ſtatim, viſis, & receptis præſentibus, & poſtquam præſentium vigore fueritis requiſiti, ſeù alter veſtrum fuerit requiſitus pro parte dicti Procuratoris Fiſcalis, per omnes, & ſingulas terras, oppida, Caſtra, Villas, Suburbia, Collegia, Congregationes, Parochias, Eccleſias, Confraternitates, Monaſteria, Conuentus, Hoſpitalia, & alia loca pia noſtræ Diœceſis, ſub quibus prædicti excommunicati, aggrauati, & reaggrauati declinare, & deuenire voluerint, quamdiù ſe tutati in eis fuerint, eis interdictis, prout nos tenore præſentium interdicimus, à diuinis ceſſetis, ceſſare faciatis, opertis ianuis, & hanc ceſſationem per tres dies continuos poſt eorum ab iſtinc receſſum continuetis, & obſeruetis, ac ab alijs continuari, & obſeruari faciatis, & mandetis, itá, & taliter, vt ſtante huiuſmodi interdicto, nulla Eccleſiaſtica in locis prædictis miniſtrentur Sacramenta, niſi pœnitentia, & baptiſmus omnibus indifferenter. Euchariſtia verò infirmis tantum, & Matrimonium ſine Eccleſiaſtica ſolemnitate contrahatur, ibiq; ipſis excommunicatis decedentibus Eccleſiaſtica denegetur ſepultura, prohibendo omnibus, & ſingulis Parochis, & alijs Presbyteris, & Clericis, nè ſub excommunicationis pœna audeant, ſiuè præſumant, nec aliquis eorum audeat, ſeù præſumat, prædictis excommunicatis, quamdiù excõmunicati extiterint, in emendo, vendendo, loquendo, conuerſando, ſtando,

do, ſedendo, eundo, vel potum, victum, aquam, ignẽ, ſal miniſtrando, participare. quinimmò vos omnes, auctoritate prædicta, requirimus, & rogamus primò, ſecundò, & tertiò, & peremptoriè, vobiſque, & veſtrum cuilibet in virtute Sanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, ſub excõmunicationis pœna, quatenus infra ſex dierum ſpatium, quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio, & peremptorio termino, canonicaq; monitione aſſignamus, Vos omnes, & ſinguli DD. Temporales noſtræ Diœceſis, & veſtrum quilibet, quorũ omnium ſuper hoc, auxilium brachij ſecularis inuocamus, quoties fueritis requiſiti, ſeù alter veſtrum fuerit requiſitus contra prædictos excommunicatos, aggrauatos, & reaggrauatos per captionem, carcerationem, detentionem, & inuaſionem corporum, & perſonarum, ac per eorumdem bonorum omnium, mobilium, & immobilium, vbiq; exſtentium, venditionem, & alienationem, cogatis, et compellatis, cogique, & compelli faciatis, & mandetis, donec, & quouſq; ad dictum Sanctæ Matris Eccleſiæ gremium rediuerint, & eius præceptis, & mandatis obtemperauerint, à præmiſſis non ceſſantes, donec aliud à Nobis, vel ſuperioribus noſtris vobis mandatum fuerit, et in præmiſſis itá, & taliter vos habentes, vt nota, contenta, ſiuè contumacia, nullatenus vobis aſcribatur. In quorum &c. Datum &c.

## Forma Sententiæ, quando quis traditur Curiæ ſeculari ad puniendum.

CHriſti nomine &c. Per hanc noſtram definitiuam ſententiam, quam de Iuriſperitorum conſilio pariter, & aſsẽſu in his ſcriptis ferimus in cauſa, & cauſis

coram Nobis vertentibus inter Magnificum D. Procuratorem Fiſcalem Curiæ Epiſcopalis Ciuitatis Caſtellanæ, & illi adhærentem, & querelantem ex vna, & Presbyterum N. reum inquiſitum, & proceſſatum, de, & ſuper homicidio, per eum patrato, & commiſſo in perſonam N., rebuſq; alijs, prout ex proceſſu in actis cauſæ, & cauſarum huiuſmodi latius deductis, partibus ex altera. quare viſo proceſſu, teſtibus examinatis conſtitutis, & defenſionibus eiuſdem Presbyteri N. & alijs viſis videndis, & conſideratis conſiderandis, Chriſti nomine repetito, dicimus &c. dictum Presbyterum N. occaſione prædicti homicidij per nos degradatum, & irregularem declaratum, ac Beneficijs, & priuilegijs Eccleſiaſticis priuatum, tradendum fore, & eſſe Curiæ ſeculari huius Ciuitatis, prout tradi mandamus, vt eum condigna, & debita pœna plectat, & mandatum de tradendo, & conſignando, ac aliud deſuper neceſſarium, & opportunum decernimus, & relaxamus, & ità dicimus &c.

## Forma degradationis.

EXiſtens coram Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo N. &c. Presbyter N. de Terra N. *veſtibus ſacris ad vſum Sacerdotis induitur*, & præ manibus calicem habet in ordine, ac ſi ſolemniter celebrare deberet. auferuntur ab eo omnia data in ordinatione, incipiendo ab vltimo gradatim vſque ad veſtem traditam in prima Tonſura. deindè tondetur, vel raditur, remanetque in habitu laicali, & dum hæc fiunt, Epiſcopus dicit, ſeruando ordinem Pontificalis. Nos N. Epiſcopus, auctoritate Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, ac noſtra, Tibi auferimus habitum clericalem, ac deponimus, & degradamus,

ſpo-

ſpoliamuſque, & eximus te omni ordine, Beneficio, & priuilegio clericali, omni &c. ſuper quibus &c. Actum &c. præſentibus &c.

## Modus ſeruandus in publicatione Excommunicatorum vigore Bullæ in Cœna Domini, & Bullæ Gregorij XIV. de Immunitate, & libertate Eccleſiaſtica.

Citetur N. Birruarius, ex aduerſo principalis, ad dicendum, quare declarari non debeat incidiſſe in cenſuras, & pœnas contentas, & expreſſas in Bulla in Die Cœnæ Domini quotannis legi ſolita cap. 19. & conſtitutione fel. rec. Gregorij XIV. ſuper immunitate, & libertate Eccleſiaſtica, ad primam diem. qua elapſa citetur idem pro alia die ſequenti ad videndum ſe declarari in cenſuras prædictas incidiſſe, & Cædulones publicè affigi in cauſa, & cauſis violationis immunitatis, & libertatis Eccleſiaſticæ ob capturã per eum factam in perſonam Diaconi N. prout in proceſſu, & actis cauſæ, & cauſarum huiuſmodi. Inſtante Fiſco, & illi adhæreñ.

Comparuit N. Promotor Fiſcalis, & repetito proceſſu, ſuper violatione huiuſmodi fabricato, ac conſtitutionibus prædictis, accuſataque aduerſarij contumacia, non comparentis in terminis eidem præfixis, & in ſimili contumacia petijt declarari incurriſſe in cenſuras, & pœnas prædictas, & cædulones contra eum publicè affigi, omni &c.

### Decretum.

Tunc Reuerendiſſimus D. &c. Viſis &c. prædicta &c. viſis proceſſu huiuſmodi, conſtitutionibus, vt

vt ſupra allegatis, citationibus factis, & executis, ac alijs viſis videndis &c. dictum N. Birruarium declarauit incurriſſe in pœnas, et cenſuras prædictas, & vti talem mandauit publicari, et cædulones in forma conceſſit, omni &c. Cædulones, vt ſupra.

## Regole, & ordini preſcritti à ciaſchuno, che hauerà licenza di eſſorcizare nella Città, & Dioceſe di Ciuita Caſtellana.

**Angelo Gozadino, &c. Veſcouo, &c.**

HAuendo noi prohibito con vn noſtro Decreto fatto nella Sinodo Dioceſana di queſto anno 1626. à ciaſcuna perſona l'eſſercitare l'vfficio dell'Eſſorciſta nella Città, e Dioceſe di C. Caſtellana ſenza licenza in iſcritto, da ottenerſi, e ſegnarſi da noi, ò dal noſtro Vicario generale per aſſicurarci maggiormente, che queſto vfficio ſia fatto con quella pietà, carità, e prudenza, che ſi ricerca, e da perſone di vita, e coſtumi eſſemplari, e di ſufficiente habilità, habbiamo anco voluto preſcriuere le infraſcritte Regole, & Ordini à coloro, che per l'auuenire ne otterranno licenza, ò ſiano ſacerdoti ſecolari, ò regolari, à quali comandiamo l'oſſeruanza di eſſi, ſotto le infraſcritte pene, & altre ancora più graui ſecondo la qualità de' traſgreſſori, e della inobedienza, á noſtro arbitrio.

1 Quelli c'haueranno licenza di eſſorcizare, ò ſcongiurare nella Città, e Dioceſe di C. Caſtellana, i quali vogliamo che ſiano Sacerdoti, ſi ſeruano ſolamente delle orationi approuate dalla ſanta Chieſa, & di quegli eſſorciſmi, preci, e riti, che ſaranno approuati da noi,

noi, e cerchino di mandargli à memoria, ſenza aggiungerui, ò ſminuirui, ò mutarui coſa alcuna, ſotto pena della ſoſpenſione à diuinis da incorreruiſi ipſo facto à Sacerdoti ſecolari, et regolari della priuatione della licenza di eſſorcizare, ò ſcongiurare, e di tutte le gratie, e priuilegi, c'haueranno ottenuti da noi, e della incapacità di ottenerne per l'auuenire, da incorreruiſi ſubito.

2 Procurino prima che entrino in quella ſorte d'eſſorciſmi, con li quali ſi comanda à i Demoni, che eſcano, di chiarirſi bene per via di ſegni certi, e manifeſti ſe la perſona, che domanda di eſſere eſſorcizata, ſia veramente oſſeſſa dal demonio, ò nò, comandandole che parli, e diſcorra di quelle coſe, le quali ſuperano la ſua capacità, ò che non può da ſe ſteſſa ſapere, come le coſe lontane, ouero occulte; auuertendo però di non entrare in inquiſitioni, ò inueſtigationi curioſe, & in quelle particolarmente, che appartengono alla diuinatione, guardandoſi ancora da ogni attione ſuperſtitioſa, & non vedendoui ſegni chiari, e manifeſti, ma dubij facciano ricorſo à Noi; e ſopra tutto vedano di hauere ſempre i ſegni probabili prima che entrino ad eſſorcizare perſona alcuna, per cauar da lei i ſudetti ſegni certi, e chiari, e tutte le predette coſe ſi comandano ſotto la pena contenuta nella detta prima Regola.

3 Ricerchino diligentemente lo ſtato di tutta la vita paſſata della perſona oſſeſſa, ſe però non foſſe ſtato fatto prima dá Noi, cioè ſe ſia ſtata honeſta, e di buona vita, e coſtumi, ò pur ſuperſtitioſa, ò ſe di preſente ſi troui ſcommunicata, ò s'ella è pauroſa, ò malenconica, ò s'habbia altra infermità, oſſeruando le attioni, ch'ella fà, ſe ſono volontarie, e naturali, ouero finte, e ſimulate, ò s'ella è predominata da libidine, ò

da diſperatione,ouero ſe haueſſe pigliati medicamẽti ſuperſtitioſi,e queſto facciano non ſomma prudenza, & auanti che comincino ad eſſorcizarla, ſotto pena di ſcudi 50. à Sacerdoti ſecolari, & à regolari della priuatione della licenza di eſſorcizare da incorreruiſi ſubito.

4 Piglino ſempre il conſiglio del Medico, e ſe ne ſeruano in dare per bocca à gli oſſeſſi, ò maleficiati ogli, ò altri rimedij corporali, ò in fare loro vntioni, ouero ſuffumigationi di qual ſi voglia ſorte, e coſe ſimili, quando vi ſia neceſſità di valerſi di queſte coſe, & in queſto caſo laſcino, che il Medico faccia la ricetta, & il Speciale prepari, e dia loro i medicamenti, non ingerendoſi gli eſſorcizanti in altro, che in benedirli, ſotto la pena impoſta nella prima Regola, nella qual pena vogliamo, che incorrino ancora, ſe pigliaranno denari, ò altra coſa per detta benedittione; Auuertendo, che quando occorreſſe vngere donne, non le vngano eſſi medeſimi, ma ſi ſeruano di qualche altra donna, guardandoſi ſempre di toccare il volto, le ſpalle, e le mani dell'oſſeſſa, ò maleficiata, ſotto la pena della terza Regola.

5 Non eſſorcizino alcuna perſona ſe non in Chieſa, & in luogo aperto (dando conto prima à noi della Chieſa, che deputaranno à queſto effetto) ſe la perſona oſſeſſa non foſſe di tal qualità, che ſe le poteſſe concedere d'eſſer eſſorcizata in caſa, ò in altro luogo priuato, & in queſto caſo ſe ne domandi licẽza à Noi. e le predette coſe, ſotto la pena contenuta nella terza Regola.

6 Non eſſorcizino donne nè in Chieſa, nè in caſa ſenza eſſerui ſempre preſente il padre, ò la madre, ò fratelli, ò alcun altro loro parente in ſecondo grado di conſanguinità, ò affinità, e ſe non haueranno parenti

ſenti ſi piglino due huomini, o due donne honorate, e d'età, & vita approuata, che vi aſſiſtano, & eſſeguiſcano quegli vffici, che biſognaſſero intorno all'oſſeſſa, e non laſcino che v'interuenga altro huomo oltre li ſudetti, i quali loderemmo ancora che foſſero Sacerdoti. ſotto la pena della Regola terza.

7 Cōmandino á gli oſſeſsi, che non riceuano il ſantiſſimo Sacramento dell'Euchariſtia frequentemente, ſe non di cōmiſſione noſtra, nè meno gli eſſorcizanti, ò altri ſacerdoti lo porgano ſopra il capo de gli oſſeſſi má ſi laſci dentro il ſuo tabernacolo al luogo ſolito, nè pongano gli ſteſſi oſſeſſi sù gli altari, nè ſcongiurino per la realtà del ſantiſſimo Sacramento, nè per le reliquie de' Santi, le quali ſono nelle Chieſe, nè per altro, che poteſſe far dubitare qualche perſona idiota, ſe li demoni non vbidiſſero. e tutte le ſudette coſe ſotto la pena contenuta nella terza Regola.

8 Non incomincino ad eſſorcizare alcuna perſona, che non ſi ſia prima confeſſata de' ſuoi peccati, e la eſſortino ad eſſaminare diligentemēte la ſua coſcienza, & à fare vna confeſsione generale di tutti li peccati della ſua vita paſſata, & à darſi tutta alle orationi, alle meditationi, & à gli eſſercitij di pietà, con viſitare ancora ſpeſſe volte le Chieſe, doue ſono reliquie de' Santi, digiunando particolarmente li Venerdì in memoria della paſſione di noſtro Sig. Gieſù Chriſto.

9 Non eſſorcizino mai perſona alcuna in preſenza di molti, ma di pochi, e queſti ſiano honeſti, approuati, e graui d'età, e d'integrità di coſtumi, & ſe foſſero ſacerdoti ſarebbe molto gioueuole, nè mai in preſenza di fanciulli, ò fanciulle, e molto meno di donne, ſe ſaranno huomini quelli, che ſi eſſorcizaranno, e ſe ſaranno donne, ſi oſſerui quello, che ſi è detto di ſopra nella ſeſta Regola, e tengano ſempre ſerrate le



Digitized by Google

porte della Chieſa, ò d'altro luogo, doue eſſorcizaranno. e le predette coſe ſotto la pena impoſta nella terza Regola.

10 Non eſſorcizino più perſone in vna volta, ma ciaſcuno ſeparatamente, e quando ſe ne eſſorciza vno non ſia preſente l'altro, e molto meno chi ſteſſe in dubbio d'eſsere oſseſso, nè mai eſsorcizino innanzi al leuar, nè dopo il tramontar del Sole, e facciano queſto eſsercitio particolarmente in giorno di digiuno, e di ſolennità di qualche Santo. e le coſe ſudette ſotto la pena come nella terza Regola.

11 Non ſolamente fuggano il guadagno, mà non piglino mai coſa alcuna in dono per queſto vfficio di caritá ſenza noſtra permiſsione, nè comportino, che ſi raccoglino, ò ſi domandino limoſine per gli oſſeſsi nel luogo, e tempo, che gli eſſorcizano, nè mai vadano in caſa loro ſenza vrgente neceſsità. e queſte coſe ſotto la pena poſta nella Regola terza.

12 In queſta funtione ſi portino piamente, & religioſamente, & il giorno auanti che cominciano ad eſſorcizare procurino prepararſi con la confeſsione, co'l digiuno, e con l'oratione, e poi vi ſi applichino cō humiltà, e fede, ricordeuoli della poteſtà, che hanno riceuuta da Dio, di ſcacciare i demoni, & auuertano di celebrare la Meſſa, prima che diano *principio* à gli eſsorciſmi.

Et accioche più diligentemente ſiano oſseruate tutte queſte Regole, & Ordini, comandiamo à gli eſſorcizanti che le tengano in viſta doue eſsorcizaranno, e ſcongiuraranno. Dat. &c.

A. Arciueſcouo Gozadino Veſcouo di C. Caſtellana, & Horte.

Licenza

## Licenza per gli oſſeſſi da Demoni di farſi eſſorcizare.

ANgelo &c. Veſcouo &c. Concediamo licenza à N. di farſi eſſorcizare dal R. N. eſſendo ſtata prima veduta, & interrogata da perſona dà Noi deputata, e dal Medico, e trouata hauere inditij ſofficienti à credere, che ſia oſſeſsa dal Demonio, e che conuenga, che ſia eſsorcizata, hauendoci ancora preſentata la fede, fattagli dal ſuo Parochiano, della ſua buona vita, & coſtumi. In quorum &c. Datum &c.

## Licenza di eſſorcizare.

ANgelo &c. Veſcouo &c. Concediamo licenza al R. N. approuato dá Noi di eſsorcizare, e ſcongiurare nella Cittá, e Dioceſe noſtra di Ciuita Caſtellana, quelli ſolamente, che haueranno licenza dà Noi in ſcritto di farſi eſsorcizare, con queſta conditione, che oſserui diligentemente tutti gli ordini, e regole da noi date, ſotto le pene poſte in eſse: volendo ancora, che incorra nella pena della ſoſpenſione, & in altre pene contenute nella prima regola, ciaſcheduno che ardirà di eſsorcizare alcuna perſona, che non habbia detta licenza. In quorum &c. Datum &c.

## Forma facultatis prophanandi Eccleſias.

ANgelus &c. Epiſcopus &c. Dilecto nobis in Chriſto R. D. N. His noſtris, tàm auctoritate noſtra ordinaria, quàm etiam vigore ſacri Conc. Tridentini, vel Apoſtolica in his deſuper conceſsa (ſi conceſsa fuerit) aliáſq; omni meliori modo, iure, via,

cauſa, & forma, quibus melius, & validius poſsumus, licentiam, & facultatem tibi concedimus prophanandi Eccleſiam ſancti N., vt hæc quoque Eccleſia incorporari poſſit alijs ædibus Monaſterij ſancti N. cum licentia, & decreto noſtro, vel decreto Apoſtolico nuper per RR. N. & N. venditam, ſeruata tamen per te infraſcripta forma. omnimodaſq; vices noſtras tibi in præmiſſis, & circa præmiſsa committimus, & delegamus.

Primò, vt ante prophanationem Eccleſiæ, ſacræ Reliquiæ, aliquot ante prophanationem diebus diligenter recognitæ, ad aliam Eccleſiam, arbitrio *Epiſcopi*, conuocato Clero illius, & Populo viciniæ, in quam deferuntur, transferantur: idemque fiat de ſacris imaginibus.

Secundò Presbyter, cui committitur facultas prophanandi Altaria, ante quodlibet Altare prophanandum, flexis genibus, tacitè orationem Dominicam, ſalutationem Angelicam, & orationem S. Titularis illius dicat. tùm illud ab omni parte retegat, lapidem conſecratum ità aptè euellat, nè confringat. tum manibus ſuis lauet, atq; abſtergat, aquam in ſacrarium effundat, & ſi ſacræ reliquiæ inſunt, honeſto loculo clauſas aſſeruet, & arbitrio Epiſcopi in aliqua Eccleſia recondendas, & aſſeruandas tradat. tùm reliqua altaris pars ab operarijs amoueatur.

Tertiò, ſequenti die fidelium oſsa exhumentur, vnoq; loco collecta reponantur, præſente eodem Sacerdote, Clero, & Populo, pro ipſis ad Altare maius orantibus; & proceſsionaliter oſsa efferantur ad locum, vbi reponenda ſunt. & dum efferuntur, vt pro mortuis fit, precum officium dicatur, iiſq; depoſitis, pro mortuis Miſsæ ſacrificium fiat, vel ibi, vel in Eccleſia viciniori.

Quar-

Quarto, Cœmeterij pariter prophanandi modus, vt ſupra, ſeruetur.

Quinctò, in Eccleſijs iam dirutis, ad vſumque prophanum conuerſis, Crucis inſigne figatur ex Tridentini Concilij ſanctione, quod ſignum facilè amoueri non queat. In quorum &c. Datum &c.

---

NOS Angelus &c. Epiſcopus &c. Volentes prouidere, nè Iudices, Notarij, & alij officiales noſtræ Curiæ, pluſquam ſibi debetur, à litigantibus in ea recipiant, & exigant, & nè litigantes præfati grauentur; ſtatuimus, & confecimus in noſtra prima Synodo, celebrata in Ciuitate Caſtellana ſub die 18. Menſis Ianuarij 1626. taxam emolumentorum, & mercedum, quam inuiolabiliter ab omnibus ſeruari, & in Cancellaria noſtra in loco publico, ad hoc vt videri, & legi poſſit, affigi mandamus, ſub pœnis arbitrio noſtro &c.

# TAXA

## *Fori Epiſcopalis Ciuitatis Caſtellanæ, nouiter reformata in noſtra Synodo Diœceſana dictæ Ciuitatis.*

### In Ciuilibus.

PRO Domino Vicario, & alijs Iudicibus.

Pro ſingulis ſubſcriptionibus cuiuslibet præcepti cum clauſula ſi quis &c. etiam contra plures perſonas. ſc. b. 1.

Pro

Digitized by Google

| | | | |
|---|---|---|---|
| Pro decreto relaxationis Mandati, vel grauaminis in contumaciam, ſeù interlocutorijs. | ſc. | b. | 3. |
| In ſententijs definitiuis, ſeù decretis, vim deffinitiuæ habentibus, à ſcuto vno vſq; ad ſcuta quinque. | | | 5. |
| A ſcutis quinq; vſq; ad ſummam ſcutorum decem. | | | 10 |
| A ſcutis decem vſq; ad ſcuta 25. | | | 15 |
| A ſcutis 25. vſq; ad ſummam ſcutorum 50. | 2 | | |
| A ſcutis 50. vſq; ad ſummam centum: | 3 | | |
| A ſcutis 100. vſq; ad quamcunq; ſummam. | 5 | | |
| Pro decreto taxationis expenſarum. | | | 3 |
| Pro Mandato executiuo pro expenſis taxatis. | | | 2 |
| Pro ſententia ſyndicationis adminiſtrationis introituum ſocietatum. | | | 10 |
| Pro ſubſcriptione quorumcunque Mandatorum. | | | 1 |
| Pro acceſſu ad locũ differentiæ in Ciuitate. | | | 20 |
| Extra Ciuitatem. | | | 30 |
| In Diœceſi, ſcutum vnum pro quolibet die vltra victum, & equitatum. | 1 | | |
| Pro decreto alienandi bona Eccleſiaſtica auctoritate ordinaria. | | | 50 |
| Auctoritate Apoſtolica. | 1 | | |
| Pro appoſitione manus in litteris monitorialibus auctoritate ordinaria. | | | 5 |
| Auctoritate Apoſtolica. | | | 10 |
| Pro fulminetur, nihil. | | | |
| In Commiſſarijs. | | | |
| Pro Conceſſione Citationis vigore commiſſionis. | | | 10 |
| In reliquis duplum, prout in ciuilibus. | | | |

In

## In Criminalibus.

| | | |
|---|---|---|
| PRo decreto abſolutionis in cauſa pecuniaria. | | 75 |
| Si plures perſonæ. | 1 | 50 |
| In pœnis corporis afflictiuis. | 1 | |
| Si plures perſonæ. | 2 | |
| In Capitalibus. | 3 | |
| Si plures perſonæ. | 6 | |
| Pro mandato de excarcerando. | | 10 |
| Pro aſſiſtentia examini teſtium ad defenſam. | | 10 |
| Pro appoſitione manus in litteris miſſiuis loco remiſſorialium pro examinandis teſtibus in Diœceſi ad defenſam. | | 20 |
| Pro acceſſu in Diœceſi pro examinandis teſtibus pro primo die. | 1 | 50 |
| Pro alijs pro quolibet die ſcutum unum, vltra victum, & viaticum. | 1 | |
| Totidem habeat, ſi equitabit pro examinandis teſtibus ad defenſam. | | |

## In Beneficialibus.

| | | |
|---|---|---|
| PRo decreto collationis beneficiorum in Maioribus. | 2 | |
| In Minoribus. | 1 | |
| Pro decreto approbationis Iuriſpatronatus. | 2 | |

## Pro Notarijs in Ciuilibus.

| | | |
|---|---|---|
| PRo quibuſcunq; Inuentarijs cum clauſula ſi quis. | 2½ | |
| Pro quacunque inſtantia. | 1 | |

| | |
|---|---|
| Pro productionè Iurium. | 2 |
| Pro reuocatione Inhibitionis mandati, & ſequeſtri. | 2 |
| Pro Mandato ſuſpicionis fugæ cum examine teſtium, & pro quacunq; ſumma. | 10 |
| Pro regiſtro quorumcunque iurium, & reſtitutione. | 10 |
| Pro ſuſceptione termini iudicialis. | 2 |
| Pro moderatione termini. | 2 |
| Pro partito litis deciſiuo. | 2 |
| Pro quocunq; Mandato in contumaciam. | 7— |
| Pro quocunq; Mandato vigore termini ſer. ſeru. vſque ad ſcuta 25. | 10 |
| A ſcutis 25. vſque ad 50. | 20 |
| A ſumma 50. vſque ad 100. | 30 |
| A ſcutis 100. vſq; ad quamcunq; ſummam. | 50 |
| Pro Mandato relaxando vigore fideiuſſionis, cum fideiuſſione. | 10 |
| Vigore Decreti. | 5 |
| Pro reuocatione Mandati in Contumaciā. | 3 |
| Pro non grauetur. | 5 |
| Pro Depoſito in vim Cœdulæ. | 2 |
| Pro Depoſito actuali. | 5 |
| Pro executione depoſiti. | 5 |
| Pro quocunq; rogitu in officio. | 5 |
| Extra Officium. | 10 |
| Pro productione articulorum, & interrogatoriorum. | 2 |
| Pro ſpecificatione teſtium. | 2 |
| Pro reſponſione poſitionum in officio. | 2 |
| Extra Officium. | 1 4 |
| Pro examine cuiuslibet teſtis pro quolibet teſte. | 3 |
| Cum exceſſiuitate pro quolibet. | 5 |

Extra

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| Extra officium duplum. | 10 |
| Pro inſtrumento ſententiæ. | 30 |
| Pro copia actorum ſeù extracto pro quolibet folio continen. verſus 18., & quilibet verſus habeat ſyllabas duodecim, pro folio. | 5 |
| Pro publico illius. | 30 |

## In Commiſſarijs.

| | |
|---|---|
| PRo Citatione cum Inhibitione vigore commiſſionis cum inſtantia. | 15 |
| Pro præſentatione illius. | 20 |
| In reliquis duplum illius, quod in Ciuilibus. | |

## In Extraiudicialibus.

| | |
|---|---|
| PRo Legalitate cum ſigillo. | 10 |
| Pro litteris ſuperuenientiæ cum ſigillo. | 10 |
| Pro quibuſcunq; litteris, ſeù reſcriptis in memorialibus, litem concernentibus, cum ſigillo. | 10 |
| Pro abſolutione à iuramento. | 10 |
| Pro quibuſcunq; Dimiſſorijs, & licentijs. | 10 |
| Pro Regiſtro licentiæ Monialium ſupranumeraliũ. | 10 |
| Idem ſeruetur in alijs expeditionibus. | |

## In Extraordinarijs.

| | |
|---|---|
| PRo decreto abſolutionis à cenſuris. | 10 |
| Pro inſtrumento abſolutionis. | 20 |
| Pro inſtrumentis publicis procurarum ad lites. | 20 |
| Pro inſtrumentis publicis quorumcunq; inſtrumentorum, in actis rogatorum. | 30 |
| Pro adeptione hæreditatis cum beneficio &c. | 05 |
| Pro Confectione Inuentarij. | 30 |
| Pro deputatione Curatoris. | 15 |
| Pro acceſſu Notarij ad locum differentiæ in Ciuitate. | 10 |

| | | |
|---|---|---|
| Extra Ciuitatem. | | 20 |
| Pro rogitu ſententiæ Syndicationis adminiſtrationum piorum locorum. | | 10 |
| Pro conceſſione litterarum monitorialium auctoritate ordinaria. | | 5 |
| Auctoritate Apoſtolica. | | 10 |
| Pro fulminetur. | | 5 |
| Pro decreto alienandi bona Eccleſiaſtica auctoritate ordinaria. | | 10 |
| Auctoritate Apoſtolica. | | 20 |
| Pro inſtrumentis publicis dictorum decretorum auctoritate ordinaria. | | 50 |
| Auctoritate Apoſtolica. | 1 | |
| Pro ſententia Diſpenſationis graduum conſanguinitatis, vel affinitatis. | | 50 |

## In Criminalibus.

| | | |
|---|---|---|
| PRo quacunque fideiuſſione. | | 10 |
| Pro copia proceſſus ſeruetur taxa in Ciuilibus. | | |
| Pro nota ſententiæ in pecuniarijs. | | 30 |
| In Corporis afflictiuis. | | 50 |
| In Capitalibus. | 1 | |
| Pro Mandato de relaxando cum ſigillo. | | 10 |
| Pro acceſſu *N*otarij in Diœceſi pro prima die. | | 75 |
| Pro reliquis diebus pro quolibet die. | | 60 |
| Pro litteris pro examinandis teſtibus ad defenſionē. | | 20 |
| Pro regiſtro reſcripti in vim gratiæ. | | 20 |
| In reliquis duplum illius, quod ſoluitur in Ciuilibus. | | |

## In Beneficialibus.

| | | |
|---|---|---|
| PRo litteris Collationum Canonicatuum, & Beneficiorum | 1 | |
| In Minoribus. | | 50 |
| Pro rogitu poſſeſsionum in Ciuitate. | | 50 |
| Extra Ciuitatem. | 1 | |
| Pro collatione Beneficiorum auctoritate Apoſtolica, in forma dignum, cum proceſſu. | 2 | |
| Pro mandato de Immittēdo in poſſeſsionem aucto- | | |

ritate

ritate Apoſtolica in forma gratioſa. | 1
Pro fide approbationis Idoneitatis. | 30
Pro inſtrumento publico publicationum Beneficiorum, vigore reſignationis. | 1
Pro ſententia approbationis Iuriſpatronatus. | 50
Pro inſtitutione noui Iuriſpatronatus. | 2
Pro Deputatione Vicarij, ſeu œconomi ad curam. | 20

## *In reliquis ſeruetur taxa in Ciuilibus.*

## In Ordinibus.

PRo collatione cuiuſlibet Ordinis. 12
Pro litteris Denunciarum 10
Pro Dimiſſoria cuiuslibet ordinis. 12
Pro regiſtro inſtrumenti pecuniarij cū productione. 20
Pro Regiſtro litterarum Apoſtolicarum. 20
Pro licentia contrahendi Matrimonium inter forenſes. 10

## Taxa Expeditionum Concedendarum gratis.

ACta viſitationis.
Profeſsio fidei.
Proceſſus Sancti Officij.
Acta Menſæ Epiſcopalis.
Licentia audiendi Confeſsiones, & concionandi.
Pro pauperibus &c.

## Pro ſigillo.

PRo appoſitione ſigilli in quibuſcunq; expeditionibus iudicialibus. 10
In litteris Monitorialibus auctoritate ordinaria. 5
Auctoritate Apoſtolica. 10
Pro appoſitione ſigilli in litteris collationis beneficiorum de Maioribus. 1
De Minoribus. 50

In

In amouibilibus.

In alijs, vbi fit mentio de *Notario* cum ſigillo, intelligitur medietas pro ſigillo. 25

## Pro Procuratore Fiſcali.

PRo appoſitione manus in mãdato de relaxando.

Pro aſsiſtentia examini cuiuslibet teſtis ad defenſam. 5

Pro aſsiſtentia Confectionis inuentarij. 10

Pro qualibet Compoſitione habeat recognitionem arbitrio Epiſcopi. 20

## Pro executore.

IN Ciuilibus in *Captura* à ſcuto vno vſq; ad decem. 7½

A decem vſque ad ſummam 25. ſcutorum. 12½

Vſque ad ſummam ſcutorum 50. 25

Vſque ad ſcuta 100. 50

Quamcumque ſummam. 1

In reali habeat dimidium.

## In Criminalibus.

PRo captura in pecuniarijs pro qualibet perſona. 20

In corporis afflictiuis. 40

In Capitalibus. 80

Pro tranſportatione cuiuslibet carcerati à Diœceſi in Ciuitatem pro quolibet miliario. 15

Pro viatico in Diœceſi, quando equitat cum Vicario, vel Cancellario pro prima die. 40

In reliquis pro quolibet die. 20

Pro quolibet Birruario pro primo die. 20

In reliquis diebus pro quolibet die. 10

Pro aſsiſtentia Confectioni Inuentarij. 15

Pro execucione contra bona pro quolibet ſcuto. 15

Vſque ad ſummam ſcutorum quinquaginta.

Ad quamcumque ſummam in totum. 1 50

Pro inobſeruantia feſtorum. 10

Pro

## Pro Mandatario.

PRo qualibet citatione pro Ciue quatrinum vnũ. 1
Pro forenſe baiocchum vnum. 1
Pro qualibet præſentatione. 1

## Pro Procuratoribus.

PRo patrocinio pro qualibet inſtãtia in Ciuilibus. 5
Pro paupere gratis.
In Criminalibus duplum.
Pro informatione oretenus coram Iudice. 10
In facto iulios tres, ſi eſt *Notarius*, ſi eſt Doctor quinque. 50
In iure. 1
In dubijs, Arbitrio Domini Epiſcopi. &c.

Datum in Palatio Epiſcopali Ciuitatis Hortanæ die ſecunda Iunij. 1626.

*Angelus Archiepiſcopus Gozadinus Ciuitatis Hortanæ, & Caſtellanæ Epiſcopus.*

loco ✝ ſigilli

*Dominicus Proſper* Canc.

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

# INDEX CAPITVLORVM.

*Et rerum, quæ continentur in hoc Formularij Corollario.*

## DE EDICTIS.

Editto ſopra il denuntiare l'Heretici, & ſoſpetti d'Hereſia, & quelli che leggono, & hanno appreſſo di ſe libri prohibiti á car. 3
Editto ſopra li Stampatori, & Cõpoſitori. 4
Editto per l'oſſeruanza delle Feſte. 5
Editto circa il conuerſare in Chieſa. 7
Editto per l'oratione delle quarant'hore. 10
Editto per l'oſſeruanza della Quareſimà. 11
Editto per li Concubinarij. 14
Editto dell'Habito Clericale. 15

## DE ORDINIBVS.

Forma edicti pro ordinatione. 16
Fides collationis primæ Tonſuræ. 17
Fides collationum ordinum Minorum. 18
Fides collationis ſac. ord. ſubdiaconatus. 18

P Fides

Fides collationis ordinis Diaconatus. 18
Dimiſſoria pro ſuſcipiendis ord. Minoribus. 19
Dimiſſoria pro ordine ſubdiaconatus. 19
Dimiſſoria pro ſuſcipiendo ordine Diaconatus. 20
Dimiſſoria facienda Regularibus. 21
Fides facienda à Parocho ordinando ad primam Tonſuram, de legitimo matrimonio, ætate, & Chriſmate. 21
Fides facienda à Parocho, & Magiſtro Grammaticæ pro minoribus ordinibus. 22
Epiſtola pro Denuntijs faciendis in ordinibus ſacris. 23
Patrimonium inſerendum in litteris prædictis. 24
Modo in volgare di publicare ad Titulum Patrimonij. 25
Fides Parochi de Denuntijs. 26
Inſtrumentum aſſignationis Patrimonij. 27
Æſtimatio. 29
Poſſeſſio. 30

## DE BENEFICIIS.

INſtrumentum fundationis Cappellæ, & Dotationis illius. 31
Inſtantia pro erectione Iuriſpatronatus. 33
Forma litterarum erectionis iuriſpatronatus. 34
Forma inſtantiæ pro Inſtitutione Cappellani. 35
Forma litterarum huiuſmodi. 36
Acta pro concurſu. 37
Edictum pro concurſu. 38
Deputatio Vicarij, & œconomi. 38
Litteræ patentales. 38
Examen concurrentium. 39
Fides approbationis in concurſu, quando à Papa con-

conſertur Parochia. 40
Formula collationis dictæ Eccleſiæ. 40
Forma inſtantiæ factæ per Prouiſum apoſtolicum in forma dignum. 42
Forma Collationis, & mandati de immittendo. 44
Alia inſtantia de immittendo in poſſeſſionem, vigore litterarum Apoſtolicarum in forma gratioſa. 46
Mandatum de immittendo. 47
Forma Inſtitutionis, quæ fit ab inferiori in iure patronatus. 48
Fides approbationis huiuſmodi. 49
Inſtantia pro Mandato de immittendo. 49
Tenor dictæ Inſtitutionis. 50
Forma Mandati prædicti. 51
Forma fidei publicationis reſignationis Beneficij, quæ debet fieri, à tergo Bullarum. 52
Forma edicti ſuper iure Patronatus. 52
Sententia ſuper Approbatione Iuriſpatronatus. 53
Deputatio Eremitæ pro cura alicuius Eccleſiæ. 54
Fides familiaritatum pro familia Epiſcopi. 55

## DE VARIIS LICENTIIS.

Licentia concionandi pro Regularibus in Eccleſijs, quæ ſuorum ordinum non ſunt. 55
Alia in Eccleſia propria. 56
Licentia quæſtuandi pro locis pijs. 56
Alia ſimilis pro Pauperibus. 57
Licentia alloquendi Moniales pro conſanguineis. 57
Licenza ordinaria per ciaſcheduno. 57
Licenza per Foraſtieri, Procuratori, Santeſi, & Garzoni. 58
Licenza d'entrare nella clauſura per il Garzone,



Digitized by Google

Molinaro, Medico, Cirugico, Confeſſore, & altri. 58
Licenza pro Confeſſario ordinario. 59
Alia pro Concionatore. 60
Licentia pro Clerico. 60
Licenza per li Confeſſori ſtraordinarij. 60
Licentia pro Confeſſarijs Secularibus. 61
Licentia pro Regularibus. 62
Licentia pro exercendo curam animarum, tàm pro ſecularibus, quàm pro Regularibus. 62
Licenza per li Regolari per parlare alle Monache, conforme al decreto di N. S. Papa Vrbano VIII. 63
Facultas morandi extra Diœceſim. 63
Licentia abſoluendi à Caſibus reſeruatis. 64
Licentia audiendi Confeſſiones pro Regularibus magis idoneis. 64
Forma fidei Confeſſionis ægrotantis auditæ. 65
Licentia aggregandi Societates. 65
Fede da farſi dalli Medici per quelli, che non poſſono far Quareſima. 65
Fede da farſi dalli R. Curati per quelli, che non poſſono far Quareſima. 65
Licenza da darſi dalli Deputati à quelli, che non poſſono oſſeruare la Quareſima. 66
Forma Monitorij pro reuelatione. 66
Forma per fulminare la Scommunica, dà oſſeruarſi dalli Curati. 67
Formula facultatis pro reſidentibus, vt Miſſæ celebrandæ onus ſuſcipere poſſint. 68
Facultas concedendi Clericis, vt domi poſſint tenere Mulierem ſeneſcentem vitæ ſuſtentandæ cauſa. 68
Formula facultatis celebrandi pro Sacerdotibus alienæ Diœceſis. 69
D E

Formula litterarum teſtimonialium de publicatione Matrimoniorum, quando contrahentes ſunt diuerſarum Parochiarum. 69
Licentia contrahendi Matrimonium inter forenſes. 70
Forma diſpenſationis ob impedimentum alicuius gradus. 70
Forma alterius diſpenſationis, quando Matrimonium eſt conſummatum. 70
Forma fidei paupertatis pro obtinenda diſpenſatione in forma pauperum. 71

De Varijs formis Inſtitutionum officialium Tribunalis, ac fori Epiſcopalis.

Forma Deputationis Vicarii Generalis. 72
Forma Deputationis Vicarij Foranei. 75
Forma litterarum Patentalium pro Cancellario. 77
Forma Deputationis Promotoris Fiſcalis. 77
Forma della Patente del Barigello. 78
Forma Inſtrumenti Remiſſoriæ. 78
Forma Monitorij de deſiſtendo á moleſtijs. 80
Forma Deputationis Commiſſarij. 81
Formula Deputationis Depoſitarij, & exactoris bonorum Eccleſiaſticorum, vel pœnarum ad Fiſcum Epiſcopalem pertinentium. 83
Forma Deputationis Depoſitarij,& exactoris pœnarum ad Fiſcum Epiſcopalem pertinentium. 83

De formulis expeditionum in Criminalibus.

Monitorium ad perſonaliter comparendum contra Clericum contumacem. 84

Pri-

Digitized by Google

Prima Citatio. 85
Fides præſentationis citationis prædictæ. 85
Forma inſtantiæ promotoris Fiſcalis. 86
Secunda citatio. 86
Relatio Baiuli. 86
Forma inſtantiæ in quarta citatione. 86
Citatio ad ſententiam. 87
Sententia definitiua. 87
Mandatum executiuum pro pœnis. 88
Relatio Birruarij Curiæ Epiſcopalis. 89
Relatio Baiuli. 89
Forma Cædulonum. 90
Forma Aggrauatoriæ, & Reaggrauatoriæ poſt elapſum annum. 90
Forma ſententiæ, quando quis traditur Curiæ Seculari ad puniendum. 93
Forma degradationis. 94
Modus ſeruandus in publicatione Excommunicatorum vigore Bullæ in Cœna Domini, & Bullæ Gregorij XIV. de immunitate, & libertate Eccleſiaſtica vnà cum interpoſitione decreti. 95

## De regulis exorcizandi.

Regole, & ordini preſcritti á ciaſcheduno, che hauerà licenza di eſſorcizare. 96
Licenza per gli oſſeſſi da Demonij di farſi eſſorcizare. 101
Licenza di eſſorcizare. 101
Forma facultatis prophanandi Eccleſias. 101
Taxa ciuilis, & criminalis. 103

Erra-

| Errata | Corrige. |
|---|---|
| pag. 6 procede | preede |
| 22 quo ego | quo tempore ego |
| 24 rogatum | rogato |
| 27 patrimoni | patrimonij. |

pag. 40. Poſt examen Concurrentium omiſſa ſunt hæc, quæ ſequuntur. Tunc Reuerendiſſimus D. Epiſcopus viſis iudicijs, & auditis votis DD. Examinatorum Synodalium, à quibus R. D. *N.* iuxta formam Sac. Concilij Tridentini, idoneus iudicatus fuit, prædictum *N.* elegit, & aptum iudicauit ad præfatam Eccleſiam regendam, & gubernandam, ac litteras in forma expediri mandauit.

Quòd ſi plures fuerint admiſſi, addatur. inter cæteros R. *N.* admiſſus à RR. DD. examinatoribus Synodalibus: eundem *N.* tanquam magis idoneum elegit, & iudicauit, & litteras in forma expediri mandauit.

Si verò vota fuerint paria, vel ſingularia, dicatur. Tunc &c. à quibus &c. R. *N.* D. & B. paria vota, vel ſingularia habuerunt, iuxta formam ſacroſancti Concilij Tridentini. acceſſit voto R. D. *N.* ipſumque elegit &c. & litteras in forma expediri mandauit.

Si tamen collatio ſpectabit ad Santiſs. D. *N.* Papam, in fine dicatur, & litteras teſtimoniales in forma expediri mandauit.

ead. pag. expungenda ſunt illa verba. Si verò &c vſque ad verbum. videlicet.

RONCILIONI.

*Apud Frãciſcum Mercuriũ. M.DC.XXVII.*

SVPERIORVM PERMISSV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LEGATORIA DI LIBRI
R. CICCIORICCIO
Borgo Vittorio, 29
ROMA

Digitized by Google